ROBERTI BRITANNI ATREBATIS AGRICULTURAE ENCOMIUM

Robertus Britannus

ROBERTI BRITANNI ATREBATIS AGRICVLTVRAE ENCOMIVM.



PARISIIS,

Apud Chriſtianum Wechelum.

M. D. XXXIX.

IOANNIS GELIDAE AD Britannum carmen.

Carmina tradiderant Graij praecepta colonis,
  Haec tamen haec Graecos uicit in arte Maro.
At tua laudandis renouat cultibus agri,
  Eloquio palmam muſa Britanne tulit.

Petrus Ceraut ad R. Britannum.

Si cui pectus amore feruet auri,
Fumoſoq; placet tumultus urbis,
Huc adſit ſtupeatq; nectar oris,
Quod uix Tullius aſſequatur ipſe.
Et quod par erat explicare amoeni
Vitam commoda ruris, at Minerua
Haec ut ſine duce ſcripta, quid ſequetur
Tot praemia? Dij Deaeq; ruris
Ingrati, niſi te Britanne mulctis
Hoc pro munere praedijs coronent.

LITERATISSIMO ATQVE amplisſimo viro Hieronymo Rufaudo præſuli D. Vedaſti Atrebatenſis, R. Britannus, S. D.

Cum eſſet ſcriptus à me de laudatione rei ruſticæ liber, a meq; ut eum ederem, nonnulli peterent uehementius, negare his nullo modo potui. Occurrebat enim & ſæpe occurrebat quam clarus eſſet, quamq; integer eorum labor, qui Reipublicæ, quantum poſſent, & quoad liceret, opitulari, & conſulere ſtuderent. Nec uero ſatis honeſtum ducebam me hominum grauiſsimorum, & mihi iuſtiſsimis, & clariſsimis de cauſis amicitiæ coniunctiſsimorum preces turpiter repudiare. Quod ſi feciſſem quis me non iure damnaſſet? quis non grauiter reprehendiſſet? Sed tamen cum quærerem etiam atq; etiam, ut cum dicarem, quem inuenturus eſ, ut illum ipſum grauiſsime, atq; honeſtiſsime poſſem conſecrare. Nam me & dignitas hortabatur tua, & amplitudo, & mehercule etiam ſingularis, eximiaq; doctrina, qua cum eſſes etiã clarior, tum nemini unquam ne minimum quidem de hac laude conceſsiſti ut & ii omnes illum cauſſa amarent & tibi plus neſcio quo pacto ad honorẽ tribuerent. Iam uero quantum illud eſt, quanto nomq; ad tuam gloriã ualet, quòd ita excellentibus ingenijs faues, ſemperq; fauiſti, ut in nullo unquam flagrantius ſtudium, aut honeſtius uiderimus. Quod ipſum nõ tibi tantum ad nominis immortalitatem ualet, uerumetiam cæteris præclarum, & iucundiſsimum ſtimulum ad amplexanda uera diſciplinæ, & literaturæ ſtudia præbet. Quid facit priuatus cum tu iſta tanta dignitate, iſto honore, iſtaſpe ad ampliorem authoritatem tantum laboris, atq; operæ in honeſtis, grauibuſq; ſtudijs ponas. Habent a te omnes boni egregium exemplum perdiſcendæ eruditionis, conſtantiæ ſeruandæ, cognoſcendæ æquitatis, probitatis adamandæ, ad extremum uitæ ultimæ ſumma fide, æquitate, iuſtitia traducendæ. Itaq; hanc tantam uirtutem, tantam æquitatem, tantam in ſumma uarietate rerum omnium modeſtiam ipſa æternitas intuebitur, poſteritas alet. libri ſummorum uirorum & doctiſsimorum illuſtrabant. Sed quid dixi illuſtrabant? Plenæ ſunt ſapientum diſputationes, plena uolumina his rebus, & his uirtutibus, quibus a primo pio ætatis cæteris antecellis. Neq; ſolum tu illorũ libris, ſed illi etiam ſcriptores tuis laudibus maiores, clarioreſq; redduntur.

 Sunt

Sint ſanè ſcripta ab his diuinitus multa, ſint ornata, ſint polita, ſint exculta, & picta quodammodo ad rerum dignitatem, ſictorumq; eloquentiam, tamen hoc audebo dicere, & hoc pace eorum dicam, multo maiorem per tuas uirtutes ad illos, quam per illorum ſcripta ad te gloriam redundaturam & haſtenus redundaſſe. Quid Homeri ſcripta nonne nobilitant Achillis, & Hectoris uirtutes ſplendidiſsime? Quid apud Platonem Socrates mediocriter ne ipſum ſcriptorem, atq; authorē exornat? Quid operarii Timarchides ſtatuam reliquit Apollinis Xenodorus uero Mercurij remouet iſtis & da alteri Terſitis, alteri Codri, in quo ſe iactabit artificis honos? aut quomodo imagines ipſæ ſpirabūt etiam ficte? Quid nil ne eſt in ipſis lineamentis? negare non poſſū ſed tamen ipſa lineamenta illuſtriora efficit ſumma uiri authoritas, & amplitudo. Quod quidem optimus quiſq; atq; ingenioſiſsimus optime ſentit, & uidet. Itaq; uiros deligit ſibi quam maxime aptos ad dignitatē, & quam maxime ſtrenuos quorum laus intermori nunquā poteſt, eos, quorum non uita omnia ſunt ruitura, fortiter moriunt, & deſpiat. Itaq; gaudeo & gratulor tue uirtuti quæ, cum ipſa per ſe ſatis ſit laudabilis, ut nullius cuiuſquam in ſcribendo diligentiam aut ingenium requirat, tamen uidetur eos ipſos, qui de ea ſcribunt magis prope, quam eos, in quibus ineſt, ornare, & commendare. Quo etiam ſum adductus ſtudius, ut tuo nomini aliquid ex noſtris lucubratiunculis, quarum eſt ipſa mens perofficioſa, ſed uti ſane parua, dicaretur. Fatebor equidem, timide id primo. Quid enim non timidè faciendum hac in parte? Sed poſteaquam & humanitatem, & compoſitiſsimos mores conſideraui tuos, collegi me tandem & omnia mihi fortiter agenda putaui. Quòd ſi tibi non graues ſumus, & ſi noſtrum hoc agriculturæ Encomium minimè aſpernaris, pergemus & illos de gloria libros, quod quidem ſtudio eſſe tua authoritate, noſtroq; labore dignius, ſcribendo proſequemur. Quicquid illud eſt ſic uelim accipias, ut nihil nos aliud quā tibi, quod in nobis eſſet ſtudium, gratulari, atq; omne tempus, omne ociū, & ſi quid præterea habemus, quod tibi gratum eſſe poſſit, deuouere, penitusq; tradere uoluiſſe putes. Vale. Lutetiæ.

ENCOMIVM AGRI-CVLTVRAE.

INTERLOCVTORES,

Budæus & Caſtellanus.

Caſtellanus.

QVid cauſſæ eſſe dicam Budæe, cur cum agricultura vna quędam ſit de ſũmis, & præclariſsimis rebus, quas hominum generi rerum natura tribuit, tam pauci reperiantur, qui eam colant, vt debent: quíque in id ſtudium gnauiter, & diligenter incumbant. Nam, vt nunc quidem res eſt, diſciplina ruris prope euanuit, atq; extincta eſt: vt nobis non tam laudandus cultus, & amãdus honos, qui adhuc pertenuis in agris reſtat, quàm ipſorum agrorum ſolitudo, & vaſtitas ſit deploranda. BVDAEVS. Rem iſtá Caſtellane & ſæpe alias, & tum maximè deploraui, cum nuper vrbano conuiuio, & forenſi ſtrepitu defeſsi ad quieſcendum nullum idoneum locum reperire poteramus, cum in agris continuò habuiſſemus ad deuorandas omneis eiuſmodi moleſtias expeditiſsimum, & peropportunum ſubſidium. Nam ſi cupiam, aut velim interdum ruſticari, ſubitò deterrent, atque irruunt hominum quaſi peſtes quædam: qui-

 bus

bus cum nihil ſit gratius, quàm queſtus, & cẽſus domeſticus, ita alieno ocio dolent, vt aliorum miſeriis contemplandis non ſolum delectari, ſed & ali, & toto corpore, atque omnibus artubus conſolidari, & confirmari videantur. Iſtis, qui de metendis frugibus, quàm colendis agris promptiores ſunt, magnum fortaſſe videretur rem ruſticam tradere, quòd ſemel permoti fructuum vbertate, & copia quamlibet magnum laborem ſibi putarent ſubeundum quo ſæpius lucra iſta opima atque optatiſsima reportarent. Sed volo hic meus colonus agros colat non tam fructus percipiendi ſpe, quàm alios iuuandi voluntate. qui quidem quo erit ditior, eo magis ſordes domeſticas, atque inanem iſtum, & turpiſsimum queſtum contemnet: vt nihil faciat ſupra modum: & rem paruam, & lautam ipſe diues amet: & regat familiam liberaliter: & ſibi legem probitatis, atque innocentiæ indicat. Hæc niſi faciat colonus non erit dignus eo nomine: & ex poſſeſsionibus exturbabitur ſuis: & contemnetur prorſus à cæteris. CASTEL. Contemnetur dicis? Imo vero vſurpabitur, & predicabitur vt bonus, & aſsiduus diſpenſator. Quid enim minus probatur nunc quàm iuſtus, ſanctus, atque honeſtus labor? Verè hæc aurea eſt ætas, in qua nihil valet, niſi aurum: vt, qui illud non habeat, iners, ineptus, ſecors &, quod eſt miſerrimum,

rimum,improbus habeatur: contra qui habeat liber, formoſus, beatus, ſapiens iudicetur. Sed non eſt propoſitum nunc perſequi huiuſce ſeculi vitia: quæ ſi vellem recenſere numerando quis non concederet? Quis hanc meam orationem in tantis, tamq; inauditis hominũ flagitiis inhumanam, aut crudelem iudicaret? Ego vero non iſtud modo, vt dixi paulo ante, ſed hoc potius, vt quoniam ſumus nunc, vt vides, ocioſi, dicamus aliquid de re ruſtica, non ita, vt tanquàm præcepta, aut artem quandam iſtius rei tradere velimus, ſed ea perſequamur diſſerendo, quæ facere ad rei ruſticæ commendationem, & gloriam videantur. Nam me admonnerunt iſtæ Cicadæ: quæ, ſi in tanto ocio nihil ageremus, non minus irriderent hanc noſtram ſtultam, atque inutilem ceſſationem, quàm illæ quæ ſunt in Phœdro Platonis: quæ mihi videntur ſapienter fortaſſe principem illum, & quaſi parentem Philoſophiæ ad diſpu tandũ concitaſſe. BVD. Illud ipſum eſt quod quæro. Nam ita aut omnem illum, qui iam diu hæret in noſtrorum hominũ mentibus, torporem excutiemus: aut certè illud conſequemur, vt ne à pluribus contemnenda hæc vita, à paucioribus tenenda, & colenda videatur. Quod quidem ſi fecerimus, magnam iudicabimur iniiſſe gratiam nõ ſolum apud eos, qui agros colunt, qui admodum pauci reſtant, verùm etiá

apud

apud eorum fautores,qui eum adhuc vrbes in colant,quo facilius reſpub.opitulentur, ſuarũ tamen rerum,& fortunarum ſedem ac domicilium in agris, cum ventum ad extremũ ætatis tempus fuerit,collocare decreuerunt. CASTEL. Rectiſsimè tu inquam: & ego video breui fore vt perceptis,&cognitis vtilitatibus, quæ ex hac vita proueniunt, homines ſe reuocent ad induſtriam, & laborem : & in hac vita plus aliquãto ſtudii,atq; operæ ponãt. BVD. Agamus nunc quod inſtat:ac principio quantum à Romanis hæc vita probata fuerit, quantũmque culta videamus. Temporibus Romuli & Remi , qui fuerunt autores vrbis Romæ, vnum hoc placebat hominibus ſtudium agri colendi.Inde vero & temporibus N. Pompilii,& qui poſt eum fuit T. Hoſtilii maiorẽ indies vim,& gloriam apud omnes conſequebatur.Eóque paulatim deducta res eſt,vt in agris optimum,& præclariſsimum nobilitatis profugium poneretur.Itáque eo nomine cõmoti, atque incenſi ciues nobiliſsimi ſæpe totam atque omnibus rebus inſtructam familiam relinquebant:ſeque in agros conferebãt capti amœnitate,& commoditate rei ruſticæ. Quid Romulus ille,de quo modo feci mentionem,non de aruorum ſacerdotes inſtituit? Ned ſolũ id fecit , ſed cæteros etiam ad id faciendum ſuo exemplo incitauit . Nam deinceps fruges ad

colen-

colendos Deos adhibitæ: & mola ſalſa ſuppli cari cœptū: & Fornacalia inſtituta: multáque alia, quibus non ſolum amor hominum erga agriculturam, verùm etiam ipſius Agricultu- ræ vis, vtilitáſque oſtenditur. Ac mihi quidem cū multa videantur præclara eſſe apud eos ad vitæ ruſticæ commendationē, tum illud mul- to præclarius, quòd ipſi quoq; populū de cul- toris iudicare voluerunt: vt qua ex re ad popu lum ſumma perueniret vtilitas de eadem ille ipſe populus ſuam ſententiā explicandi ſum- mū ius, ſummamq; authoritatē obtineret. Sed vt reliqua prætermittam: omniū laudatiſsimū eſt iſtud, quod de C. Furio Creſino homine percomi, & valde induſtrio fertur. Qui, cum eſſet manumiſſus, agellum quendam colere cę pit, quē ita aptè, accurateq; coluit, vt ex eo vbe riores perciperet fruges, quàm ex ampliſsimis & patentiſsimis vicini. Quo factum eſt, vt a- pud eos non mediocri flagraret inuidia, quòd ita exiſtimarent eum venefica quadam arte ex alieno fruges in ſuū pellicere. Hic itáq; cū eſ- ſet in ius vocatus vereri cœpit, ne ſibi per inui dos ſuum ius obtinere nullo modo liceret. Ca pit igitur conſilium de amicorū, ac propinquo rū ſententia inſtrumenrū omne ruſticū in fo- rum deferre. Nec ſolū id fecit, ſed filiā robu- ſtā, & bene curatā, & iā grandē vna adduxit. Cū vero eſſet monitus, vt pro ſe ipſe diceret,

B non

non in eloquentia, neq; verborum ſplendore ſubſidium libertatis,& proprii iuris poſuit, ſed ad Quirites conuerſus, apud quos tú cauſſa agebatur, tantum hoc breuiter,&, vt mihi quidem videtur, percommode ad ſuam rem addidit. Accuſant me mei aduerſarii Quirites,& accuſant veneficii: à quibus ſi erit probatum me cuiuſquam omnino affinẽ eſſe ſuſpicionis, quæ modo ab iis memoretur, non recuſo quo minus & illis, & reipub. pœnas graueis, iuſtasq; perſoluam: Sed non probabunt, mihi credite, neq; id vnquam perficient. At ſi quæritis, quæ ſunt illa veneficia. En mea veneficia Quirites, quæ videtis. Res eſt minimè obſcura: ponere ea ante oculos cuiuſq; veſtrum volui. Sudores vero meos, contentiones, labores, vigilias nec oſtendere vobis poſſum, nec referre. Quod animaduertentes iudices ſtatim hominem innocentem,& ab inuidis ſceleratè, ac nephariè oppreſſum ſententiis ſuis liberarunt. CASTEL. Rectè inquam liberarunt. Neq; enim iudiciú vllum grauius, neq; reipub. vtilius, nec quod magis valeret ad ipſorum iudicú religionẽ cómendandam, nec ſanctius vnquàm fuit: cú ita & perditiſsimorum hominú improbitas fortiſsimis,& validiſsimis legum habenis coerceretur:& ipſa æquitas honeſtiſsimo ſuſtentata ſubſidio domeſticæ laudi,& priſtinæ libertati reſtitueretur. BVD. Multa præterea referre poſ-

re poſſum monuméta multa exempla quibus
intelligere poſsimus quantum ſemper ad di-
gnitatẽ huic vitæ omniũ conſenſu, ac iudicio
ſit tributũ, cognomina primũ ſummorũ homi
nũ, & clariſsimorũ. Meminiſti enim Pilũnos,
Lentulos, Piſones: vt iã Cicerones, & Fabios,
quæ ſunt omnibus notiora, prętermittã C. qui
dé Licinium eũ, qui transgreſsioné ſuæ legis
non ſine ſuo malo induxit, quòd is agriculturę
ſtudioſiſsimus eſſet, plantaſq́, & arbores reſe-
ctis fructicibus, quos ſtolones vocant, curare
ſoleret, ſtoloné poſtea cognominatum ferunt.
Deinde æs ouiũ, boũq́ effigie Seruii Regis au-
toritate, & conſilio ſignatũ: ipſorũq́ boũ cauſ
ſã ludos inſtitutos, quos Bupetios nominarũt:
& aduerſus male colenté notam perpetuã: cõ
traq́ induſtrio, & gnauo colono æternã glori-
am. Præclarũ omnino, & laudabile illud Ca-
tonis eũ ampliſsimè, & iuſtiſsimè laudatũ vi-
deri, ſi quis bonus colonus & eſſet, & habere-
tur. Quo minus mirandum eſt etiã ipſos Ca-
ſtellane Reges, qui vnã laudé in vita maxime
putant expetendã, huic ſtudio tantũ laboris,
& temporis ſemper tribuiſſe. Quę noſtrũ non
delectat magnus ille Rex apud Xenophonté
Cyrus? qui quidé hęc duo maxima, & potiſsi-
ma ducebat ſtudia Agriculturã, & Militiã. At
que is ſi quando in regioné bene cultã, & mul-
tis variiſq́ refertam arboribus veniſſet, lauda-

 re, atq́

re,atq; ornare eorum hominum operam , atq; induſtriã ſolebat verbis:iisq; agros vberiores, & plures ad colendum dare. Contra vero ſi incultam,neglectam,horridã offendiſſet damnabat:& grauiſsimè mulctatos magiſtratu etiam depellebat. Ac nequis forte arbitretur plus illum tribuiſſe militiæ ad laudem,quàm agriculturæ non minoris faciebat eos, qui ſolerter agrũ colerent,quàm qui fortiter bellũ gererẽt. Ita cũ duæ eſſent artes quæ plurimũ reipub.ornamenti,ac dignitatis afferre poſſent , vtrãq; ita coluit,vt etiam tractatione,atq; experiẽtia præſtaret. Quinetiã quocunq; cõmigraret, atque vbicunq; ageret,hortos amœniſsimos , & diligenter cultos inſtituebat:in quibus ſe oblectaret,quoſq; ad voluptatem interdum, & animi relaxationem inuiſeret. Senſim maius fieri cum iam eſſe maximum hoc ſtudiũ videretur, cœpit:adeo vt prope ſoli,qui in agris viuerẽt, digni Reipub.adminiſtratione, & totius prouinciæ gubernatione cẽſerẽtur. Et rectè. Quos enim honore digniores putare debemus , quã eos,quorum vita,omni cum probitate coniuncta eſt? Aut quid tam laudabile,quàm his magiſtratus,& Rempub.committere, qui ſemper virtutẽ,ſemper æquitatẽ, ſemper continentiã adamarunt? Agricolæ ſiquidẽ ſunt,qui preter cæteros genus illud vitæ, quòd eſt maxime tẽperatum maximeq; virtute coniunctum cõprobarũt.

probarunt. Soleo ſæpe cum Agricolarum temperantia delicatorum principũ epulas, & comeſſationes conferre. Sed longè illorum vitá horum vitæ,& conſuetudini antepono. Quid enim habet princeps, quod non Agricola & facilius habeat,ſi velit: & quo non melius, & rectius vtatur? Phaſianos fortaſſe. Nihil ne eſt in rebus ruſticis quod conferri cum Phaſianis poſsit? Olera,ſerpillum,lactuca,crocus,phaſeolus,cicercula,herbę ſuauiſsimæ,& ad naturá hominum aptiſsimæ,nonne habent eam vim vt quoſuis etiá magnopere delectare poſsint. Mihi certè videtur neq; portulaca diues cedere anſeribus,neq; cignis bugloſſa, nec borago perdicibus. Eoq; laudabilior vita agricolarum eſt,quàm Regum,quo certiorem ex iſtis rebus voluptatem agricolæ capiunt,quàm Reges. Omnino immoderatum illud in voluptate ne ſcio quo pacto defluit magis ſtatimq; faſtidio, & ſatietate abiicitur. Sed iam,ſi placet, reliqua videamus. Abundant Reges diuitus, atq; opibus. Quid tu agricolas nullás ne diuitias habere putas? Mihi quidem etiá magnas videntur habere. Quæ enim diuitiæ ſunt cum agello bene ſato,& bene culto comparandæ? Cuius quidem eo melior cenſenda eſt,q̃ diuitiarum poſſeſsio,quòd is furé magnopere non timet. Diuitias vero quiuis pręteriens,atq; homo obſcurus vel ſtatim auferre poſsit. CASTEL. Agè

verò tabulæ pictæ, & variatæ quodammodo ad venuſtatem, aut ornati parietes, aut principes purpurati, & facti inſigniter, aut veſtis coccinea, aut priſcum æs, aut abacus affabre ſtructus, aut reliqua ſupellex lauta, & magnifica num ea apud colonum. BVD. Planè non ſunt iſta apud colonum: ſed ne hæc quidem à colono deſiderãtur. At ſi quęris quid habeat, quod cum iſtis conferri poſsit, habet campum viridiſsimum, & florentem vndique: habet etiam arbores: quibus quotidie cum intuendo, videndoq́; delectetur, fit vt neque Regũ tabulas deſideret, nec imagines pictas venuſtè, vt paulo ante poſuiſti, nec cęlatum argentum, nec conſtructas domos vetuſto artificio, nec illam, quã te mirari dicis in parietibus, picturarum varietatem. Iſta omnia facile contemnit ruſticus. Nec mirum. Sunt enim omnia quę habet naturæ artificio, ſolertiaq́; exculta: eas vero res ipſas, de quibus nunc dixiſti, non natura ſed artifex quidam, homo fortaſſe inexercitatus, & rudis expoliuit. Ita quanto naturæ pulchriora lineamenta ſunt, quàm corporis, tanto hæc illis præſtantiora, & clariora habenda ſunt. Da enim mihi Nicomachi Apollinem: da Antyphili Alexandrum: da Apollodori Aiacem: quid hęc artificioſa ad illa natiua, & vigentia? Sint pulchra licet, ſint venuſta iſta, prout certè ſunt, mihi tamen nulla ex parte videntur cum

ipſis

Digitized by Google

ipſis naturæ ſolidiſsimis, & certiſsimis lineamentis comparanda. CASTEL. Mihi ſanè probantur quæ dicis. ſed ne muſicis quidē agricolas multum valere intelligo: quę laus, vt ſcis eſt in hac noſtra ciuitate, ſemperq́ fuit maxima. BVD. Quid mihi ſymphoniacos, quid muſicos narras? Quaſi vero ſine hac arte beatus eſſe nemo poſsit. Quod ſi verum quærimus, non eſt poſita vera laus in muſica: nec, ſi ea nos delectat, cum audiamus idcirco eam vere etiā laudare poſſumus. Eſt enim multarum uoluptatum, delitiarum effectrix, & regina: q̄ bona, non dico: illud dico ex his tot, tantisq́ hominibus, qui muſicæ antea ſtuduerunt, uix quenquam poſſe reperiri, qui ſit muſica factus melior. Verùm, quoniam muſicam tantopere es complexus, dicam iam quod ſentio. Aues mehercule ipſæ, quibus incredibiliter abundant agricolæ, facile omnium muſicorum artes, & harmonias ipſa flexione, & uocis ſuauitate uincunt. Quis enim cantus, quæ linguæ, atque oris ſolutio, quæ uarietas, quæ his in auribus oblectandis quaſi affabilitas & conuenientia deeſt? Stridulum quiddam habent Cicadæ, argutum Hirundines, querulum Noctuæ. Verum quid hæc aperta, & perſpicua uerboſius perſequor? cum uideamus etiam vnam Luſciniam omnia iſtiuſmodi organa, nec iſta tantum ſed cętera omnia quę ab

homi

homine fingi,& excogitari poſſunt,per ſe nullo etiam adhibito magiſtro,& doctore exprimere? Cui quidem ſi eſt adiunctus præceptor, incredibile fortaſſe videatur quod dico,ſed eſt intueri,& licet à doctiſsimis cognoſcere, non ſolum id in Latino ſermone,verùm etiã,quod eſt difficilius,in Græco conſequitur: vt minimè ſit mirum Cæſares adoleſcentes ipſas Luſciniastanto ſemper in honore,tantoq; precio habuiſſe. CASTEL. Atqui vide ne hæc tua oratio perfacile refutetur: & ne tandẽ Lepido concedat. Fuit enim magnus vir ille, qui cum Triumuiratum gereret,eſſetq; à magiſtratibus in hoſpitium,quod nemoribus vndique cingebatur,deductus,vt in eo,ſi vellet, quieſceret,poſtero die cum illis grauiſsimè expoſtulauit,quòd ſibi ſomnum volucrum,atq; auiũ cõcentu ademptum diceret: vt iam non moleſtè feram me abeſſe interdum à ſyluis longius: & hanc tu mihi harmoniam tantopere iactitas? BVD. Nimis ille quidem fuit delicatus,vt poſſet inter res etiam placidiſsimas ſomnum capere. Hominum laborioſorum eſt,non ignauorum tota iſta prędulcis,atq; exuberantis ſomni poſſeſsio. Atq; vt mihi iſtum perdiligentẽ hominem ſemper fuiſſe,& ad conficienda negotia aciem,atq; expeditum aſſeueres,non modo id pro te non facit uerùm cõtra te potius. Victus enim ille, & uictus uocum ſuauiſsima

uarie-

varietate,etiam cum vellet quieſcere nullo modo poterat.Sed tamen ſi qui iſta varietate non delectentur, quoniam certè multi ſunt, qui nō delectantur, facillima eſt huius totius faſtidii fugiendi ratio,vel cum ratione etiã tractatio. Quam modo exponam ſi lubet. Non enim vt innuerē tantũ hæc tibi expoſui omnia, ſed vt apertè,omninoq; cōprobarem. Hic ſi te,vt dixi,aliquando percuſſerit metus, Draconem depingas in membrana longiſsima, eumq; loco circundes,ſilebunt tum aues· neq; tibi eam varietatem,quã te veteri dicis,afferent. CASTEL. Ego vero ioco iſta potius, quam ſerio.Equidem ſum is qui me ab iſtis facilius delectari ſinã,q̃ vel moleſtia, vel faſtidio aliquo affici.Quare Draconem iſtum tuum tibi aſſeras,meq; in meis hortulis quieſcere ſinas: vbi me aues molliter & iucundè cubantem exhilarent.Sed tamen quoniam illud poſuiſti de muſica me nimis illi arti ſtudere,ne ego quidē illã nimis ex animo amplector:ſed quòd te ſemper cæteris in rebus ſum admiratus, maximēque in refellendo,cum aliquid contra te diſſerendi cauſſa dixiſſem,muſicam afferre volui vt quoniam ea à noſtris vrbanis,& quidem nō nunquam ingenioſis viris, & doctis tantopere probaretur, in ea refellenda ſubtilitatem fortaſſe,ſi modo velles, opinionem quidem tuã, & ſententiam cognoſcerem. BVD. Video te

 Caſtel-

Caſtellane cupidiſsimũ eſſe, vt cognoſcas omnino, quidnam de agricolarum moribus, ac vita ſentiam. Itàque pergam ad cætera, vt cupis: eáq; familiariter tibi, atq; amicè exponam. Et quoniam cœpimus de Regum conſuetudine, ac vita aliquid dicere: eâmque cum agricolarum conſtantia conferre, libitum eſt mihi paulo plura in hanc ſententiam referre. Relinquunt Reges ſuis dona militaria, victorias, triumphos, monumenta nominis, rerum geſtarũ gloriam, deniq; etiam opimas, & abundanteis hæreditates. Illa ſunt præclara: negare nõ poſſum. Quid igitur agricola cum videt ſibi eſſe moriẽdũ nihil ne relinquit ſuis? Imo multo & meliora, & plura etiã relinquit. Non enim vt ille Imperator, de quo modo dixi, pugnas, triumphos, trophæa relinquit, ſed ipſa arma, paludamentum, loricam, parmam, haſtam præterea, qua hoſtem confodiat. Idem etiam pugnandi modum, & rationem præſcribit. Hæc ſunt quæ agricola relinquit ſuis. Vult credo illos omnia fortiter agere: vult promptos eſſe in hoſtibus repellendis: vult in acie, in ſole, in puluere verſari. CASTEL. Sed quæ tandẽ ſunt illa arma, aut quinam hoſtes de quibus loqueris? BVD. Arma quæ agricola tradit ſuis ſunt Temones, Plauſtra, Cylindri, Raſtri, Palæ, Torcularia, Corbulæ, Fiſcinæ, Falces. Gratioſus ſanè pater, qui illa tradit ſuis, quibus

omnis

omnis vita conſtans, & laborioſa continetur. Nam qui victorias tradit,& triumphos plerũque conſilium fortiter agendi cum ipſa gloria adimit:qui vero dat gladiũm, atq; adeò ipſam haſtam in manibus,is videtur cum hanc daret in hac ſententia fuiſſe,vt omnia ſibi ferẽda potius,quàm à ſuſcepta,& propoſita gloria deſiſciendum putarent. Meo quidem iudicio eſt ea hæreditas pulcherrima, quæ nos ad laborem hortatur,ad vigilantiã,ad decus. Neque quàm multa accipiamus à maioribus videndum eſt, ſed quàm iuſta,&ſtabilia. Etenim multo eſt honeſtius interuenire alicui exiguam hæreditatẽ dummodo iuſtam quàm magnã minus iuſtã. Bellum vero quod gerit agricola,& hoſtis cõtra quem pugnat eſt torpor,inhumanitas,ignauia,infamia,ſtupor. Hi ſunt hoſtes agricolarum:hos debent vincere,qui in re ruſtica dies, noctesq; verſantur. Quod ſi cui contingat vt ad victoriam in tanta difficultate,& laborum contentione perueniat, ne ille quidem multũ laborabit,quemadmodum Alexandri gloriã, & monumenta & victorias, conſequatur. Ille primo ſibi imperat,deinde ſuis liberis:cupiditates frangit non tam grauiter animaduertendo,quàm prudenter,amicéque monendo. Deinde ducem,ac principem ſequitur. Neq; expectat,vt legum ſeueritate, ac pondere ad benefaciendum cogatur. Famulos,ſeruos domeſti-

eos habet non tã libidinis, aut cupiditatis adiutores, quàm religionis, & continentiæ ſuæ teſtes. Eos ipſos exercet bene: alit bene. His formam rectæ ac legitimæ vitæ præſcribit: ac ne quid temere, aut petulanter faciãt videt. Adeſt etiã maturè ad opus: cæterosq; ſua diligentia promptiores facit. Hæc nonne ad laudem, & nominis famã ſunt aptiſsima? Hoc ideo diſputo quoniã vita iſta Agricolarum, de qua iãpridem loquimur, regina eſt integritatis, laboris, continentiæ quibus virtutibus qui ſunt pręditi non facile ab honeſtate, & vera religione deficiunt. Eſt enim, vt verè dicã, labor ipſe magiſter morum optimorum, & præceptor valde bonus: vt etiã omnia, quæ in communi vitę conſuetudine verſantur mala ſtatim collabãtur, & corruant, ſimul atq; ad eã conſuetudinẽ aliquis labor, & mediocris cura adiũgitur. Atque ita Agricolæ cum ſint maximè laborioſi, maximè etiã pacatè, & quietè viuunt. Nullum enim eſt melius curarum profugium, nullum commodius quã recta animi voluntas, & ſimplex inſtitutio. Ac licet multi ſint in ocio ac molliter, & delicatè viuãt, nunquàm tamen verum illud ocium, quod à nobis tãtopere exoptatur, conſequi poterunt, niſi prius ab ſe omnẽ infamiam, & turpitudinem depulerint. Non enim laborum remiſsione, & relaxatione verũ illud, & ſolidum ocium continetur, ſed fide, in

tegritate

tegritate, iuſticia. Quibus niſi valerent Agricolæ, nunquã in tanta tranquillitate rerũ ſuarum, tam ſtabili, támque optato vitę curſu eſſe poſſent. Omnium quidem cupiditatũ, quę nobis tranquillitatem adimunt, nulla terrior, aut deteſtabilior quàm appetitus regnandi & gloriæ, honorumq; contentio. Intelligere licet ex bellis ciuilibus, quàm ſit fugienda honoris cupiditas: quamq; ea ſit pernicioſa, & lethalis: in quibus ita de honore, de dignitate, de gloria cõtendimus, vt, cum parentes deſerere cuiuſuis rei cauſſa ſit turpiſsimum, illos tamen non deſerere modo propter honorem, ſed etiã nepharie occidere, & trucidare cõtendamus. Quod ſi vnquàm alia gens vlla, Romani quidẽ certè experti ſunt. Quos enim terrores legimus ſuperioribus tẽporibus iniectos bonis omnibus? quæ inita cõſilia ab improbis contra Rẽpub.? quos motus excitatos? quantas, & q̃ turbulentas tẽpeſtates? quæ impoſita vulnera Reipub.? quantas inuſtas labes? quæ prodigia per eos introducta? quas permotas belluas? quantos quãque efferatos tumultus? vt haud ſciã an futurũ ſit aliquando tempus, quo non illius ſeculi crudelitas, luctus, & calamitas appareat. Verum iſta omittamus, quæ nec iucunda aliis, & nobis præcipuè ſunt moleſta. Ad inſtitutũ, quoniam ita res poſtulat, veniamus. Suauis eſt agricolarum vita, & quieta, & mitis: quæ tota à ſtu

C iii dio bo

dio honoris, gloriæq́ ſeparatur. Quid nulla ne eſt contentio agricolis, nullum certamen? Negare non poſſum: ſed hoc certamẽ non in honore, ſed labore, & vigilantia, vt dixi, verſatur. Quo quidem ſtudio quid poteſt dici pulchrius? Eſt enim ſi qua alia certè laboris, & ſolertiæ honeſta contentio. Et quoniã cœpimus oſtendere, cuiuſmodi eſſent hæreditates agricolarum, aperiamus eas, ſi videtur, fuſius. Non enim illis duntaxat arma relinquuntur ea, quibus ad laborem ad conſtantiam exercentur, ſed etiam cenſus. Tenuis, inquies. Verum Caſtellane ita ſuauis, & certus, vt non deſiderent vberius, etiã ſi ſe aſſequi poſſe confidant. Non quæro quam magna ſit pecunia, vt dixi paulo ante, dummodo ſit iuſta. Mea ſententia parta labore, aſsiduitate, fide pecunia quamuis parua etiã magnas opes Imperatorum, & pleniſſimas ſuperabit. Nihil mutabilius fraude, nihil incertius: ipſaque illa, quæ dolo, & nequitia ſunt quæſita, ſtatim dilabuntur: neq́ poteſt quicquàm diuturnum eſſe, quod ſit ſceleratũ. Virtute vero partum ſtabile eſt vel ad immortalitatem. Sed eam pecuniam propter exilitatem ſcio à multis contemni. Qui tamen ſi de ſua re, & voluntate aliquanto diligentius cogitarent, damnarent, quantum ego ſentio, eam opinionem ſeq́ aliquando ad verius, & robuſtius orationis genus, & iudicij reuocarent. Verum

rum omittamus hæreditates agricolarum, quæ & certiſsimæ ſunt & ipſa firmitate, & ſtabilitate vnumquemq; noſtrum vehementiſsimè oblectant. Valetudo mehercule ipſa nullo alio loco vel melius confirmatur, vel retinetur facilius. Lælium, & Scipionem duos ſummos viros, & ſapientiſsimos accepimus ſolitos ita delectari rei ruſticæ amœnitate, vt ſæpe ex vrbe rus emigrarent. cæteráque ornamẽta, & ſubſidia vrbana interdum negligerent, commoti agricultura, & rerum ruſticarum delectatione. Neque ſolum ad id eos rei ruſticæ amor, ſed etiam valetudinis ratio ducebat. Quid nos, nonne cum ſumus literis, & curis grauioribus defeſsi, viſere fundos, & pręedia amemus? Ex quibus tantam capimus voluptatem, tantumq; ſolatium, vt mihi non tam videar laboraſſe, quòd in vrbe fuerim, & vrbanos tumultus coactus ſubierim, quàm nunc valere, quòd agrorum aſpectu, & iſta ramorum denſitate, cæterarúmque rerum viriditate frui liceat. Equidem non poſſum quod ſentio non dicere. Clemens aer, & ſerenus, multis valuit ad ſalutem. Quod item noſtris maioribns eſt viſum: qui cum Aeſculapio templum vellent conſtruere, non illnd, vt cæterorum deorum, in vrbe, ſed in agris collocarunt: intelligebant videlicet hanc eſſe in agris ſerenitatem, vt magis quodammodo propter eos corpore, & vi-

ribus

ribus valeremus. Meo quidem iudicio magna eſt illa ſerenitas. Atque haud ſcio an vlla dici poſsit maior. Quid enim tranquillius q̃ amnis leniter fluens, & ſedatè? Veſtræ quidem vrbes non poſſunt, etiam ſi maximè cupiant, habere iſtam ipſam, quam tantopere laudatis, ſerenitatem. Nam vt omittam cœnum, colluuiem, cloacam, quibus rebus vndiq; vrbes coinquinā tur, tāta ciuium eſt multitudo malorum, vt aer ipſe, quem nos paulò ante optimum parentem valetudinis, & tanquam ducem diximus, ex puriſsimo, maximéq; ſalubri, impuriſsimus, incō modiſsimuſq; reddatur. Fortaſſe eſt obſcurius quod dico: ſed tamen eſt ita, vt dico. Quid enim vos nihil ne ad bonam valetudinem bonos mores afferre putatis? Imo vero & multa etiam afferunt, & valde vtilia. Ex quo videmus improbos ęgrotare grauius: triſtius curari: difficilius omnia & facere, & ſequi. Quid huic tā ſtulto facias qui ſibi aduerſatur: &, quaſi velit eſſe miſer, vitam ſibi acerbam, & calamitoſam parit: cum hic moderatus, & ęqui, boniq; laude excellens verſetur in ſuis caſtris fortius: & omnia tela expediat: iacteté q;, ne aliquādo aduerſariorum inſultibus, & copiis obrui poſsit. At audio habent vrbes medicos: habēt viros doctos, gnauos, & peritos totius rationis ad curandam valetudinem. Cedo, quid tātum eſt in medicis, quod modo tantopere laudari poſsit?

Neque ego nunc ita loquor, quaſi hanc artem ieiunam, atq; inanem putem. Sed tamen quàm multos fuiſſe arbitraris, qui ſi nunq̃ medicis vſi fuiſſent, nunquàm immaturè, aut infœliciter occidiſſent? Quam multos etiam qui diutiſſimè, & iucundiſsimè vixerunt cùm à medicorum conſilio & congreſſu iudicio quodam, & ſapientia abhorrerent. Atq; hoc amplius accidit incommodi ex medicis quòd qui in his ſpé omnem poſuerũt, viuunt ſine vllo timore magnificè, opiparè, regiè. Deinde cùm ſe grauatos nimio cibo & veſana crapula ſentiunt medicum accerſunt: orãt vt cruditatem ſtomachi pharmaco leuet. Sero mea ſententia. Quod enim erit pharmacum illud, quod ſtomachum mille deficientem ciborum dolis, omni aſtu, omni varietate pugnãtem leuet, & priſtinę integritati reſtituat? Quos hoſteis integræ valetudinis poſſumus dicere maiores, quàm crapulam, atq; ebrietatem? Quos qui vincat non erit ille medicus ignobilis: haud ſcio an etiam Apollo quiſpiam, quem Poetæ in ſuis fabulis parentem medicinę, & deum quendam faciũt. Quo fit vt nec ea mala à nobis quotidie queant remouere medici: & nos ipſi ſpe, & opinione nonnulla quam de illis habemus in ea noſmetipſos conijciamus. CASTEL. Audio quod dicis Budæe, & facile aſſentior medicos interdum plus nocere hominibus, quàm pro-

deſſe. Sed tamen ne tam magnum quidem videtur agros colere, quàm dicis: totumq́; illud eſt poſitum in quadam facilitate, & perſpicuitate: ob id etiã laude dignum minore. BVD. Non eſt ita Caſtellane. Dicam tibi de hac re quod ſentio. Agros colere hominis eſt nõ hebetis, non inexercitati, non rudis, ſed prompti, parati, induſtrii: qui primo ſciat, deinde velit, ad extremum etiam poſsit eos colere. Videat oportet curſus, obitúſq; ſyderum: teneat etiam loci naturam, & regionis. Incredibile dictu eſt quam variæ ſint naturæ in ipſo ſolo. Alia proueniunt lætius alibi: alia conſeneſcunt etiã diligenter culta: alia neglecta proſiliunt. Quę omnia videbit diligens, & aſsidua coloni induſtria. Domandi præterea boues: vepres reſcindendæ fodiendus hortus: prata purganda: ſerendæ vites: quarum quidem difficultas eſt mira, ſed fructus ipſe vberrimus: proſcindendi agri, ſtercorandi: putanda etiã arbuſta: apes curandæ: & cedenda ad fabricam materia. Nec rei domeſticæ cura negligenda: habendi ſerui boni, & fortes: inſtituendi liberi: vxor obſeruãda, & continenda in officio: tota domus ſumma regenda, & moderãda prudentia eſt. Quæ niſi habeat agricola, vagabitur illius ſtatus neq; ſedem firmã, aut ſtabilem obtinebit. Hæc nonne magnam difficultatem pręſe ferunt? CASTEL. Imo vero maximam. Credas velim

lim mi Budge, nunquàm ego in hac vita tantá varietatem rerum omnium, rantam támq; reconditam artem cognoueram. BVD. Adhuc leuia ſunt iſta. Poſſem tibi putationes vitium, arborum inſitiones, propagationes, varietates, naturas referre: quibus nihil eſt in re ruſtica argutius. Quid illa, quæ vulgaria videntur pleriſq;, videre vt ſalix humidis locis, geniſta ſiccis conſeratur? quantum deniq; habet difficultatis cum ad ſegetes ſerendas & qualis, quantuſq; ſit ager, & quam rutus noſſe, fideliterq; tenere debeat? Nec minor prope in ſeruandis quibuſdam, q̃ procreandis induſtria, & diligentia deſideranda eſt: vt in malis granatis, & cydonus. Adeo acrem hominem, attentum, vigilantem, aſsiduum res ruſtica deſiderat. Quod ſi, vt à multis dicitur, ſumma in difficillimis eſt gloria, tum profectò hæc vita, de qua loquimur, eſt ita abdita, itaq; difficilis, vt propter eam difficultatem plena ſit glorię, plena dignitatis, plena honoris. Nam, vt tute potes ex ſuperioribus intelligere, redundet oportet in eo ſcientia, & eruditio, Aſtrologo, & Philoſopho digna: nec minimè Geometria, & Oeconomia ſumma ratione, & ſapientia coniuncta. In his tu ſi leuẽ quandá artem ſtatueris, vt à nobis inſtitui ſtolidum, & ſtultum agrorum procuratorem, & diſpenſatorem putes vehementer erras. CASTEL. Video iá,

D ii planeq;

Google

planeq; intueor quanta ſit ars, quàmq; conſiderata rei ruſticæ. Nec poſſum non iſtos damnare, qui vitam hanc facillimā reputantes ſordidā, atq; abiectā putāt. Sed tamen vt neceſſe ſit iſtum quem quærimus Aſtrologum eſſe & Philoſophum, Aſtrologorum, taliumq; hominū multitudine, & frequentia vita iſta caret: pluréſq; in vrbe docti, & ſagaces. BVD. Verum ſed qui locus, quæſo, ad eam, quam dicis, doctrinam, cæteráſq; omneis artes percipiendas eſt agris aptior? Quid cum ſedemus in viridi, & uiuo ceſpite? cum amnis præterfluens nos allicit: cum auiculæ cunctantes increpāt? bucula hortatur? buxeta mouēt? tota regio parata, & compoſita ad fauendum eſt: quantum ardemus: quantum incendimur: quantum optamus noſtrū illud, quod in dicendo eſt, perdiſcere: & ad propoſitum munus, negotiumq; aſpirare: vt etiam ſi tardi ingenio, atq; hebetes eſſemus, tamen ipſe locus à nobis ingeniū, & acumen impetraret. Quid autem vrbes quid iuuant iſtum Aſtrologum, de quo loquimur? aut quid eſt inter tot, tantáſq; contentiones vel honoris, vel libidinis, vel dominatus, quæ in vrbe veſantur, muſis relictum loci? Syluæ, dicendum enim eſt ſæpius, optimum ſunt & belliſsimum muſarum domicilium. Longum eſt commemorare, ſed tamen vt poſsimus intelligere, quantum valeat oblectatione quantumq;

perci-

percipiendi,& cognoſcendi res varias ſtudio, commoditatéque hæc vita ſemper præſtiterit, Quin, quod eſt maximum, non Epicurum mo ribus refert bonus agricola: neq; Epicuri uult eſſe ſimilis, ut modo hoc dicat, modo faciat illud: nec ſibi ipſe oratione, factiſq; conſentiat, ſed ita viuit, vt cum ſit philoſophiæ eius, quæ eſt de obſcuritate naturæ, & cœli motu non ignarus, vná virtutem tãquá ſummum bonum amplectatur. Neq; pendet à fortuna: neq; euétus rerum dubios, atque ancipites pertimeſcit: ſed ita agit, vt cùm his ſit contentus, quæ habet, nullius rei indigeat: ſitq; optima conſcientia contra omnem fortuná inſtructus, atque armatus: fac modo te vnum ex iſtis nonne tẽ fortunatum & fœlicem reputabis? CASTEL. Imo vero fortunatiſſimum. Quid enim hac vita dulcius? quid optabilius, quę nihil niſi quod eſt honeſtum probat. & quicquid à virtute ſeiunctum eſt, id tãquàm inane, atque inutile ducit: vt nunquá ſuſpenſas habeat viuendi rationes, ſitq; ipſa contra omnem impetum fortunæ paratiſſima. BVD. Minimè mirum ſi te vnum ex iſtis cupias, qui tãtopére virtutem, amplexátur equidem uel me bis exulem malem, quo diutius deinceps apud eos uiuere liceat, quàm in urbe cõſulem ter: Etiá ut omnia Reipub. munia, omneis faſces, omnia ornamẽta publica, & maxima obtineá. Curę mihi hęc

D iii manis

magis ſunt:quòd & laudi ſunt, & emolumento:& quam proximè ad naturã accedunt. Caldeum conſulit aliquis, aut aruſpicem, aut ariolum, aut augurem: non probo: non audio : deniq; non delector, nec capior curioſis iſtis, & ſuperſtitioſis futurarum rerũ inquiſitionibus. Viuamus liberè, iuſtè, ingenuè qui in libera ciuitate alti, atq; educati ſumus. Neque ea magnopere deſideremus, quæ omnem libertatem hominibus adimunt. Vanotum, & futilium, & mendacium hominum eſt iſta conſuetudo, vt ementitis, fictiſq; illecebris, & præſtigiis futurum dolorem emant:& ſe tum demum errasse putent, cum caſus ipſe palã eos ſe tum infantes fuiſſe fateri cogat. Pręſentem fortunã ęquo animo feramus: futurã non nimis curioſè indagemus: ſint liberæ noſtræ cogitationes, ſed ita vt rationi pareatur, & honeſtati : Conſulamus etiã poſteritati, non tã noſtra, quàm liberorum noſtrorum, & totius Reipub cauſſa: vitemus quod ratione, & conſilio vitari poteſt: atque in omni re, & negotio quid ſit futurum æquum, optimum, iuſtum videamus. quæ quidem omnes honeſtæ ſunt inquirendi in poſterum cauſſæ: cæterum futuros luxus, quæſtus, dominatus, potẽtias negligamus. CASTEL. O vitam prælarã Budæe ſiquidem ea cum ſit maximis, & plurimis uirtutibus ornata, tũ id præcipuè ſtudet, ut ab his declinet, quę magnarum,

rum,& turbulentiſsimarũ cladiũ cauſſa ſolét eſſe. BVD. Adulationem opinor dicis. CASTEL. Illam ipſam dico Budæe.Eſt enim mater,ut ſcis,multarũ moleſtiarum, multarũ perturbationum,multæ confuſionis·cum hi,qui ita viuunt, loquuntur ad voluntaté eorum,quibus ſe venditant:nec quicquàm ad veritatem, ſed ad opinionem , & nutum omnia. Quod cuiuſmodi ſit quis non videt? Ridere ſi rideas,iocari,ſpetare,flere,expoſtulate,cóqueri,amare,mirari,angi, turbari. Hæc peruarié, mirabiliterq; ab his finguntur,cum res poſtulat. Et tamen eos,quorum cauſſa hæc fiunt, in perniciem,ac certiſsimum interitũ adducunt. Quaſclades legimus per hoſce ipſos etiá ſummis hominibus inuectas? quos luctus? vt mihi illud idem accuratius cogitanti perbeatè, fortunateq; vixiſſe videantur, qui & paruo conté ti,& ſuo pompas Regum, & Principũ purpuras nunquàm magnopere deſiderarũt. Neſcio enim quo pacto illud ſit,neque iam ſemel,neque in vno tãtum animaduerſum , vt clariſsimus quiſque,& ſplendidiſsimus hoc vitio obſtrictus maximè teneatur : neque in his tantũ licet videre qui ſunt natura,& ingenio tardiores,ſed in his etiá qui cæteros acumine,& perſpicacitate mentis longè antecellunt. Callidæ enim mentes adulatorum etiã quamuis acutos homines de gradu ſuæ poſſeſsionis aliquo tã-

dem

dem modo dimouent. Quanta fuit in Patroclide calliditas? quanta improbitas? Qui, cùm Philippus fracto crure ambularet, quo facilius illum irretitum teneret ſuis laqueis, claudum ſe eſſe fingebat. Quid Tymagoras? qui Dariũ vt Deum colebat: qui tamen dignũ ſua aſtutia ſuppliciũ luit. Ab his enim ipſis à quibus hunc moré acceperat eſt interfectus. At Niceſias vulneraro Alexandro. Qualis, inquit, diuorũ percurrit corpora ſanguis. Ex Homero protulit carmen: & tamen adulando, vt ſummi hominis, & ſapientiſsimi ſententiá nepharia ac lethalis vox coinquinaret. Rectè Athenienſes Demadé decem talentis mulctarunt, quód Alexandro diuinos honores decreuiſſet Mitis quidé illa pœna, ſi cũ ſceleris magnitudine, atque atrocitate comparetur. Ná affici immortalibus ornamentis qui mortalis ſit iuſtũ eſt nõ licere. Atque hoc illi perpetuò quid? videntes ſed aliquãdo cõſiderantes rectius Eugorá non pecunia, vt illũ ipſum, de quo modo feci mentioné, ſed capitis pœna mulctarũt. Quid alios innumerabiles referam? Ná exemplis in hoc genere abundamus: quorũ tamen omniũ miſeri exitus, atque interitus triſtiſsimi argumentũ afferunt non eſſe quicquá ſatis munitũ quod malo adulationibus, & verſutis blãditiis tentetur. Equidem valde ſoleo eos commendare, qui ab adulatoribus inuitati non mo

do eis

do eis non ſuccumbunt, verùm etiá eorum artes, fraudes, impedimenta omnia peruertunt, & frágunt. Sunt enim homines excellenti quadé, & ſingulari induſtria prædıti viri, qui, quæ fieri ab his nimis verſuté, & callidè vident, ea fortiter, & magno animo contẽnant. Nec obeſt, quod dixi paulo ante, blanditiis, atque aſſentationibus hominum etiam ingenioſiſſimorú mentes ſolere plerunque euerti. Ná quos dico modo acutos, eos intelligo ſcilicet viros bonos, cordatos, ſimplices candidos, graues: in quibus mens, & ratio, omniſq; æquitas dominatur. Illos vero ſuperiores, tametſi eſſent ingenioſi, ita tamen eſſe ſtatuebá, vt in ſumma ſolertia plurimú his eſſet & perſidię, & leuitatis. Ita nimirú cum inuitarentur ab his, qui eſſent ipſi quoq; improbi, ac leues, ſibiq; ſupra modú placerent, efficiebatur, vt & his totos ſe darét: & ſe ab his vinci, & lubenter delectari paterétur. BVD. Acerbum ſanè eſt, vt dicis, illud multis, & noxiú adulationis telú. Quod tamé frangit agricola libertate viuendi: neque eiuſmodi terrores, atque inſidias pertimeſcit. Labes, & peſtis vrbanorú maxima adulatio eſt: ſibi aſſurgi, aſſentari, applaudi volunt. Itaq; ſibi quaſi vincula, & cathenas paulatim hac introducta conſuetudine iniciunt. CASTEL. Scio, & video te planè vitæ inſtituendæ, atque informandæ integrú iam, & ſolidum artificé:

qui ſis aſſecutus, vt hæc non ſolum laudanda agricolarũ vita propter ipſius ſoli amœnitatẽ, verùm etiam amanda propter integritatẽ videatur. Non potuit dici ornatus, aut de fide, aut de temperantia animi, aut manſuetudine, cæteriſq; virtutibus, quæ in iſta vigent. BVD. Quid ſi pergam cætera enarrare, vt iam ſum aggreſſus, vt illa te rapient: vt inflammabunt ſtudio, & deſiderio huius vitæ imitandæ: vt te à ſe deficere nullo modo ſinent. CASTEL. Me vero etiam lubente dixeris. Neque eſt periculum ne quid ita dicas, vt id minus gratũ eſſe poſsit, præſertim cum te vnum ad diſſerendum natũ maximeq; aptum ſemper cognouerim. Neque vero te dicente non poterimus ea, quæ iãpridem cupimus de re ruſtica, cognoſcere: cũ tu is ſis, qui harũ omnium rationũ, quibus hęc vita continetur, atque earũ viarũ, quibus ad eã peruenitur, non indiligens, & ſyncerus iudex ſemper fueris. BVD. Faciã modo Caſtellane: & geram tibi morẽ quoniã tibi nos aliqui in re ruſtica videmur. Ac primũ minuendus eſt error quorundam exiſtimantium agros ſeneſcere. Quod niſi inertia hominũ accidit. Culti enim, & diligenter effoſsi agri fructus vberiores, & lætiores edere, nunquàm reprimere, aut negare ſolent. Nunquã, mihi crede, ſeneſcit ager: nunquam eſt infœcundus: nũquã non afferens, aut producens aliquid, quod homi-

hominum vitæ conducat. Neque ita magnis ſumptibus eget ad ſe tuendum, vt non ſemper reddat cum fœnore, quod accepit. Quo mihi etiam laudabilior videtur vita agricolarum, & ditior, cum ea, quæ ad colendos agros contulerit, non modo non amittat agrorum tarditate, ſed etiã benignitate, & liberalitate cumulatius recipiat. Nec eſt quod mihi quis fulmina, & tẽpeſtates opponat: quibus res ruſticæ ſunt obnoxiæ. Quid enim his non obnoxium? At ſunt magis q̃ cætera omnia: nec mirũ ſi eſt ita: ſunt enim, quàm cætera omnia, vtiliora. Quis neſcit natura ita comparatũ, vt optima quæq; initio, & præſtantiſſima maximè periclitẽtur? Quæ quidem neque nos tã caperent à principio, neque profectò tantopere in fine delectarent, niſi his propoſita eſſet difficultas quædã: qua remota quaſi noſipſos emerſiſſe quodammodo, & periculo perfunctos arbitremur, ita gaudemus, cũ ea omni ſoluta errore ſalua, atque integra eſſe videmus. At abeſt ab honoribus hæc vita: abeſt ergo à contentione, & inuidia. Quæ enim eſt vita inter honores? Si tamẽ vita potius eſt appellanda, quàm mors. Ego quidẽ M. Curium eum, qui Samnites bello ſuperauit, magis etiã propter rem ruſticam cultum, atque ornatum fuiſſe à ſuis ciuibus puto: qui cũ de Samnitibus triumphaſſet, voluit reliquum tẽpus ætatis in agris conſumere. Iã vero

ſi quis poterat de honoribus rectè iudicare, ille vnus poterat, qui ſemper in honoribus, ſemper in repub. ſemper in iudiciis in foro vixerat. Quid Q. Cincinnatus nonne cũ hac vita maximè delectaretur, euocatus à ſenatu eſt, vt eũ, ad quem delectus fuerat, magiſtratũ gereret: qui tamen venit: geſsitq; eũ magiſtratũ multos annos ſingulari laude, æquitate, abſtinentia. Nũ igitur ſi continuo in repub. fuiſſet maior eſſe, aut magis clarus potuiſſet? Quid nulli ne habendi honorati præter eos qui in honoribus, & magiſtratibus verſantur? Enim vero qui ſunt remoti ab honoribus ſi tamen ſunt digni, qui honores gerãt, non minus clari ſunt habendi, quàm qui maximis, amplisſimisq; honoribus fruuntur. Et quemadmodũ non eos duntaxat diuites dicimus, qui ſunt ipſi bene nummati, & rerũ domeſticarum varietate, & copia illuſtres, verùm etiã eos, qui pecunias non magnopere deſiderant, cũ ſint propter animi temperantiã domeſticis ac priuatis rebus contenti, ſic non tantũ eos habendos claros ducimus, qui abundant omnibus triumphis, monumentiſque maiorũ, verùm etiã eos, qui præclarè, & fortiter poſſunt honores contemnere. Et quoniam in eam mentionem incidimus, vt de triumphis loqueremur. Neſcio ſanè qua ratione maiores noſtri eos inſtituere voluerunt, qui, vt mihi videtur, ſæ-

pius

Googl

plus nocent Imperatoribus, quàm proſunt: propterea quod iſtis efficitur, vt qui iam nullũ hoſtem habeat foris, domi, etiã multos, & crudeliſsimos hoſtes inueniat. Hoc quidem Imperatorũ virtutem affligere eſt nõ iuuare fortaſſe tacitè. Quid refert qua ipſi eã ratione affligant? affligunt certè. Quanto Aegiptii melius, qui neque priuatim, neque publicè quenq̃ triumphare ſinebant. Præclara eſt lex. & tute potes eã legiſſe ſæpius: quæ vetat, ne cui de hoſtibus triumphare liceat. Ac ſi voſmetipſi, quod verũ eſt, cogitare volueritis, non poteritis iſtum glorioſum triumphum, vt dicitis, & præſtabilẽ non aliquomodo dãnare. Nam ſi ita clarum eſt triũphare, quàm eſt à vobis in ſuperioribus dictum, cur eos tantopere laudatis, qui, cũ poſſent triumphare, honores tamẽ, & laudationes iſtiuſmodi neglexerunt. Decretus eſt triũphus militibus, cum eſſet Q. Fabius, & C. Manlius conſules interfecti, atque illi nihilominus hoſtiũ impetum, ac furorem perexpedita, & corroborata corporis præſtantia fregiſſent. Repudiauit hunc honorẽ vniuerſus exercitus: Ob quam rem quis eum non laudauit? quis non maximis extulit laudibus? Quod ſi tantus in triumphis fuiſſet honos, profectò non potuiſſetis non eos vituperare, qui triumphũ repudiaſſent. Sed tamẽ, ſi mecũ agis pertinaciter, & ſi tibi hęc, quæ mo-

do retuli,non ſatis vera videntur,ne hæc quidẽ vita ab honore,& gloria ſeparanda eſt:quę tãtopere à doctiſsimis probata fuit, vt dixi in ſuperioribus,quęq́ eſt laudabilis propter morũ,& vitę integritatẽ & neceſſaria propter ipſius vtilitatis magnitudinẽ,rerũq́ plurimarũ, quę ab eo traduntur,hoĩbus delectationẽ,& vſum. Ac me quidẽ cùm cętera oĩa mirabiliter delectent in re ruſtica,tum verò pręcipuè iuſti & boni coloni exercitatio,& diligẽtia:qua me quotidie oblecto. Eſt enim ſi minus ipſa virtus per ſe,at certè virtutis non minimum adiumẽtum,ac ſubſidium. Vidit hoc optimè ac perſapienter Gelo,qui cùm Syracuſanorum rex eſſet,videretq́ eam ciuitatẽ non poſſe ſtare diutiùs,in qua nullus labor eſſet , nulla exercitatio,nulla induſtria , veritus ne ciuitas ocio,& deliciis confecta à priſtina virtute deficeret, tametſi nullum omnino hoſtem,nullũ aduerſarium haberet,milites conſcribi iuſsit , quos cũ collectos iam quaſi pugnaturus foras eduxiſſet: cæterique diligenter & vbi eſſent hoſtes , & quot eſſent perquirerent , tum fortis Imperator,poſteaquàm oſtendit rupes, ſcopulos,ſaxa ingentia,herbas præterea quarum radices difficillimæ eſſent,& duriſsimæ , ſimul inuicta,& valida voce. En, inquit , veſtri hoſtes:

ſtes: cum his eſt vobis hoc tempore dimicandum: hos vincatis neceſſe eſt, ſi victoriam, aut vllam laudem reportare vultis. Ita illis radices intimas, & longa vetuſtate, & ipſa vi naturæ, & conſuetudine infixas ad tollendam ſegniciem euellere, atque extrahere iuſsit.

Poſſumus ne hominem tantum, tam gratioſum, tam vtilem ſuis ciuibus contemnere? Fero iam æquiore animo iniurias, quas ille Syracuſanis intulit, poſtquàm tam honeſtum, ac probabile inſtitutum ab eo poſteris relictum video. Quod ſi ſequutus eſſet populus Syracuſanus, nunquàm in hæc mala, quibus poſtea tot, tantíſque vniuerſa ciuitas redundauit, incidiſſet. Ac ſi quæris quod ſentio, ne homo quidem videtur appellandus, qui ita viuit, vt nullum ſuum tempus coniunctum cum exercitatione, aut ſolertia habeat. Natura enim nos ad laborem genuit, ad vigilantiam, ad agendi res varias, perquirendique rationem. Præclarè illud Plato, vt multa alia, qui cenſet illis adimendum quicquid reliquum eſt vitæ, qui ſemper in ocio, ſemper ignauia, ſemper deſidia uixerunt. Sunt enim illi magis ex pecudum genere, quàm hominum natura cenſendi. Atque haud ſcio an rectius pecudes dignas

gnas hominis nomine dixerimus? à quibus efficitur perpetuo aliquid ad commodum cuiuſq; noſtrum, atq; vtilitatẽ. At ille turpis videlicet ceſſator, & odioſus, quid affert quod alijs vtile eſſe poſsit? qui non modo nihil prodeſt, verùm etiam obeſt interdũ vel maximè. Siquidẽ alios ad virtutem, atque omnem honeſtã diſciplinam conuolantes ipſe ſua quadã ſubputida, atq; illiberali tarditate ab omni egtegio conatu, ac certamine deterret. Eſt illa apud Lacedæmonios plena ſapientiæ, atque vtilitatis lex, quę iubet, vt adoleſcentes ad rei ruſticæ ſtudiũ, curamq; mittantur. Splendida omnino lex, & digna Lacedęmoniorũ genere, & robore. Itaque etiã apud illos quàm multa fuerunt ad honorẽ, ad dignitatẽ, ad famã. At vero Athenienſes quid tale vnquàm in vita? Quod minimè miror. Nimis enim vrbani fuerunt Atheniẽſes. Credo quód aratrũ attingere nephas quodãmodo, & ſceleſtũ putabãt. Itaq; etiã illi ſemper delectationis cauſſa prędia, atque agros inuiſebant: nunquàm, vt Lacedęmonij, laboris, atque exercitationis. Quocirca eorũ calamitates, & miſerias legimus: victorias, triumphos, monumenta plæclaria, & vetera non legimus. Cumq; de hoſtibus Lacedęmonij triumpharent, de Athenienſibus triumphabant voluptates fœdiſsimæ dominæ, & turpiſsimæ, in quas illi inciderant delir iti

rebus

rebus proſperis, & ocio, atque ignauia diſru-
pti. Pudet de Romanis dicere, ſed tamen di-
cendum eſt. Quãdiu optimis ſtudiis dediti ab
ocio receſſerunt, tamdiu viguit Reſpub. & ſu-
am quandam formam, dignitatemq; obtinuit:
vbi vero ſenſim eam conſuetudinem reliquerunt
ſubito omnis illa ſuperioris gloria tēpo-
ris concidit, atq; obſcurata eſt. Nec vero aut
Hannibal, aut Pyrrhus, aut Philippus, qui o-
mnes cum populo Rhomano bellum geſſe-
runt, tanta incommoda, atq; tot damna vni-
uerſæ Italiæ importarunt, quanta nuper vno
ocio, atque vna ceſſatione perferre coacti fue-
runt. Sapienter tamen illud vt multa alia Ro-
mani, qui nullum neq; ciuem, neq; ſenatorem,
neq; conſulem admittebant, niſi qui aliquod
opificium ingenuum, atq; honeſtum didiciſ-
ſet: vt cum ſe à Repub. remouiſſet, haberet ſē-
per aliquid, quo ſe quotidie ſumma ſua cum
delectatione, nonnulla etiam ciuium vtilitate
exerceret. Vbi Caſtellane illa conſuetudo? aut
qualis illorum Reſpub. eſt: Poſſum ne te hor-
tari, vt deplores ipſorum calamitatem? Vellē
illud quidem. Verùm homines ocioſi non ſi-
nunt: adſunt frequentes: clamant nimis diligē
tes eſſe nos: nimis omnia accuratè, nimis co-
gitatè facere Ita ne nobis quidem deplorandi
aliorum calamitates, atq; miſerias in tanta va-
ſtitate & vrbis, & fori vllum relinquunt locū:

F vt etiā

vt etiam pergrauiter ferant, quòd ſine pericu-lo in negotio etiam cum laude, & ſplendore viuamus. Qui meusdolor cogit me plura, quá vellem, de iſtis dicere. Eſt illud permoleſtum bonis omnibus, cùm vident eos, qui ſemper fuerunt authores omniú ſeditionú in Repub. ipſius Reipub. opibus, gloria, liberalitate præ cęteris florere. De ocioſis, atq; ignauis loquor qui, quęſo, quam fraudem non excogitarút in ſuos ciues? quam machiná, quæ tormenta, quá vim non adhibuerút quo Reſpub. diutius ſalua, atq; incolumis eſſe nullo modo poſſet? Cá biſes apud Xenophonté eo ſermone, quo diſſerit, qualis eſſe debeat fortis, præſtantiſq; Imperatoris exercitus, dicit nihil eſſe moleſtius, quàm ocioſum hominem alere. Atque illud idé præclarius, quòd non ſolú vtile exerceri, verùm etiá neceſſariú eſſe dicit. Quorſum igitur tá multa de ocio? vt intelligamus magná agricolis tribuendá gloriam, quòd ociú vt vitium fugiant: quòd ſemper in laboribus, honeſtisq; ſtudiis verſentur? quòd omnia perſequátur, quæ ſunt ad vitam neceſſaria, & agendo, &cogitando, & monendo. At illud etiá, quod pene imprudens præterii, quantum iuuat agricolas? venari, ceruos figere, damas inſectari, apros parua declinatione corporis eludere, omni fraude, ingenio, ſolertia laqueos circúducere. Sic ego ſentio cú omnia mente, & cogitatione

tione percurri. Venatio eſt tanquàm condimẽ tum rerũ ruſticarum. Hæc corporis vires auget: hæc ingenium excitat: hæc rem domeſticã lætiorem, atq; vberiorẽ efficit: hæc ad gloriam ſummũ adiumentum affert: hæc virtutẽ ornat: hæc ſolatio eſt: hęc patribus, liberis, ſeruis ęquè prodeſt, & placet. Itaq; videas ex agris infinitos exire homines robuſtos, & fortes: qui pro libertate, & patriæ conſeruatione omni ſtudio, contentione, cura ad extremum uſq; ſpiritum ſint dimicaturi. Siquidẽ ea, quæ eſt ferendi doloris optima magiſtra, conſuetudo eos in omni laboris, & tolerantiæ rerũ humanarum genere exercuit: ſolem ferro docuit: umbram ne negligere: balnea uitare: contẽnere delicias: ferrum tractare, ligones, uomeres, falces. His rebus inſtructi, atq; exercitati agricolæ ludum quaſi putant ad pugnandum. Neq; iſtos urbanos, & delicatos adoleſcentes arte quadam feriendi, atque ictus repellendi à magiſtro inſtructos magnopere reformidant. Quanquàm eſt quidem ars ipſa aliquid: ut eã omnino eiicere nolim: ſed in ipſa concertatione, & conflictatione uniuerſorum, & quaſi æſtu præliorum, non tam ars ualet, quàm exercitatio, & uſus. Bonus eſſe miles nemo poteſt, niſi qui caſtra, q aciẽ, qui hoſtẽ uiderit: qui aliquãdo pugnarit: aut certe res cõſimiles rebus his, quas in bello tractamus, egerit & viderit:

Atq; is ſi paulo tamẽ animo fractiore aut timi diore fuerit nõ erit idoneus qui ad bellũ ꝓ Re pub. mittatur. Fas nihil metuat, niſi dedecus: nec q̃ multi ſint hoſtes, ſed vbi ſint quęrat. quę oĩa agricolis vſus & cõſuetudo tradit: cõſtãtia cõfirmat. ratiões alũt pugnãdi, & dimicãdi ꝓ patria Nec tamẽ cuſtodibus, aut excubiis magnopere egẽt agricolę: cũ in vna virtute ſummũ ſubſidiũ ponendũ putẽt: nec ea oĩa, quę alii cõtinuo timent, perhorreſcũt cẽturias, cohortes, turmas, vexilla, flãmas, tormẽta. At ſi cuſtodes requirũtur, ſunt canes à qbus oĩa ipſis ſubſidia pręſtãtur. CAST. Quã cuſtodiã, aut quas excubias mihi narras? BVD. Sanè validas, & fortes. Caue Caſtellane contẽnas canũ ſagacitatẽ, celeritatẽ, cõſtãtiã. Deinde etiã vide ne diutius tali in oratiõe verſeris, ne canũ victoriis obruare. Contenderet enim primum tecum Volcatius: & cũ Volcatio Cœlius, & Cyrus magnus ille perſarum Rex, & Nicias, & Xantippus, & Pyrrhus venator optimus. Inſtarent etiã Colophonii, qui, quod contra canes dixiſſes, id te inficiari ſubito cogerent. Multi præterea alii pro canũ fide, pro gloria verbis & pugnis decertarẽt: vt à qbus fuiſsẽt perſępe ſeruati, his, ſi modo poſſent, nõnullã opis, & induſtrię ſuę partẽ concederẽt. Dici nõ poteſt quãtũ amorẽ inſeuerit natura erga hoiem in hoc animali. Quid lachrymas ęquorũ cõmemorẽ? quid elephãti humanitatẽ? pietatẽ, obedientiã? Lepo-

tis in tolerãdo rigore patiẽtiã? Cerui ſimplici tatẽ? Leonis generoſitatẽ? Delectat me prçcla ra ipſorũ agricolarũ oblectamẽta perſequi diſ ſerendo: ſed tamẽ admirabilis eſt pręcipuè a- pũ natura, & cõſuetudo. Nec idcirco id cõtẽ- nere, quia paruũ eſt, debemus: nec ob id minus laudare: ſiquidẽ & paruis rebus ſua eſt gloria: & nos à minutis animalibus etiã integras natio- nes & ciuitates deletas legimus. Sed queſo reli qua de apibus videamus. Habẽt apes rẽp. in ea cõtẽdũt ardua, honeſta, magnifica tractare. Ip ſe ille rex medio in cõuẽtu ius dicit: i primisq; ad laborẽ hortatur: caſtigatq; ſegniciẽ bñ lõga oratiõe, & acri ipſe mãſuetus, & lenis, & nũq̃ a culeo vtẽs. Illę veru audiũt perattẽtè: hortãtur ſe inuicẽ. denique ſibi ſunt duces ad laborẽ, & ad oẽ opus egtegiũ: nihil ęquè metuũt, atque infa- miã. Si quę victę pugnãdo fuerũt, pugnant enĩ nõnunq̃ inter ſe, atque aciẽ inſtruũt, tũ pudore re fugiũt: & ſe abdũt aliquo: & lucẽ vitãt: ne à quo q̃ aſpici poſsint: ſeque à cęterarũ cõgreſſu, & cõ ſortio abſtrahũt. Itaque in ipſa pugna videas igẽ tes animos ſub anguſtis pectoribus: & ſpiritus alacres, & diuina igenia & magnanimũ heroũ ardorẽ, & ſcientiã & vim, & põdus in maxima corporũ raritate: emoriq; ſub ipſo vulnere pul cherrimũ putãt. tãtus amor laudis, tãtę ẽ victo ria curę: quinetiã regẽ ſic obſeruãt & amant vt, ſi modo ille ſit incolumis, omnes ſint ſaluæ, atque incolumes: ſin minus, diſperſæ, va-

gæ huc,& illuc circunuolant: neq; fœdus curant:& ſępe crates, & mella, & tota aluearia diripiunt. Operepręcium eſt earum in conficiendo melle conſiderare ſolertiam. Exeunt frequentes:floribus,& ſalicetis inſidunt:ęquales iuuant:aquam,guttaſq; deferunt:ſuccedũt oneri:atque aliæ rurſus ad opus diſcedũt:matureq; ad ſibi nota domicilia reuertuntur. Deinde,cum flores vndique coaceruarunt,eos diſponunt artificio quodam non eo ſub ruſtico, ſed & callido, & venuſto. Aliarũ in poliẽdo, ſtruendo,ſuggerendo verſatur labor: aliæ ceras fulciunt:aliæ ad caſtrorum cuſtodiam ponuntur:aliæ feſtinant iuſſæ: in aliis authoritatis plus,& laboris minus:alię ad cibum,alię ad ſobolem,aliæ ad ceras incumbunt. Quid quæris? Feruet opus redolentq; thymo fragrantia mella. Equidem de iſtis cogitans iam deſino mirari quę nam fuit cauſſa cur Ariſtomachus Solenſis eas tanto & amore,& labore ſit complexus:vt in his curandis duodeſexaginta annos conſumpſerit: ſimilitérque Hyliſcus Thamius homines ſanè doctiſsimi adeo,vt etiam propter naturę dignitatẽ,& ſubtilitatẽ, & totius vitæ curſum, & elegantiã de iis accuratè, diligenterq; ſcripſerint. Delector incredibiliter, vt dixi, ea perſequendo, quæ in minutis animalibus,ac volucribus admiranda videmus. Carduelis ſanè exiguum animal mugitus boũ imitatur:at-

tatue:at hominis vocem Pſitacus:eandemque Corui:à quibus Druſus,& Germanicus Cęſares ſalutati. Quid Agrippinæ turdus? Atque hoc quidem pręſtans ille,ſyncerusq; rerũ naturalium inueſtigator & iudex à ſe viſum copioſè,& grauiter ſcriptum reliquit. Quid alitũ reginam aquilam commemorem? quam nec ſęuum Iouis fulmen,nec dirum fulgetrum attingit:quid Alciones? quarum ouis expoſitis tranquillum fieri mare creditur? Quid Ardeam,quę ipſo volatu nubes quodammodo ſuperat,ac vincit? quid Anſeres? quorum eſt cor illud laudatiſsimum,vt optimè ſenſit Scipio. CASTEL. Vt corde ſapiant,vtilitatem vrbani non corde,ſed palato metiuntur. BVD. Non ſolum Caſtellane in his,ſed & in multis aliis volucribus homines quid ſit optimũ atq; vtile non naturę ſolertia,ſed ſuo palato diiudicant:vt in anatibus:quorum ceruix, & pectus in deliciis eſt,ſemperq; fuit.vt in multis aliis,in quibus non tam ingenio,quàm corpore & quodam exquiſito ſapore magis,quàm iudicio,& conſilio quid fructuoſum, & laudabile ſit vident. Quid tibi ingenioſas aues,& ad victum,reſque gerendas ſagaces referam? vt clorionem,vt hyrundinem,vt perdicem:ex quibus perdix lauro ſe purgans & viribus conſulit ſuis: & ſummum induſtrię, ac ſubtilitatis indicium pręſe fert. At hoc mirabilius in hy-

rundi-

rundine, ſiquidem & manſuetudinis, & ſolertiæ laudem continet, quòd ea, ſi quando ſuos durius iacere videat, abit derepente: ac dorſo inſidens ouium lanę tantum, quantum ſatis eſt ad eos fouendos exerit. Poſſum etiam Cynnamulgum referre, qui quidem tanto artificio, tāta prudentia, tanta mente nidum extruit, vt eū Arabes conantes deiicere niſi ſagittis, & cōtētiſsimis viribus, & lacertis deiicere nō poſsint. Quid quòd præſtant ſumma hominibus obſequia? Quid enim nū Polyphemus, & poſt Polyphemum ille ipſe parens, atque author vrbis Romæ Romulus à lupa, Telephus à cerua nutritus fuit? Quid Cardueles nonne imperata faciunt? nec voce tantum, ſed pedibus etiā, & ore, cum manus non habeant. Quid ego Pori elephantum? quid Sertorii ceruam? quid Eraclidis draconem commemorem? In quibuſdam etiam manſuetudinis ſigna, & humanitatis apparent. Cyconiæ parentes ſenio cōfectos alunt. Inſignis profecto pietas, quæ cum alterius cōiuncta vtilitate, ſe ipſam admirabilem, & prædicandā omnibus præbet. Non eſt hoc paruum, quod dico, ſed ita magnū, vt vel atrociſsimos homines, & duriſsimos poſsit ad aliquam manſuetudinis, & lenitatis partem detorquere. Quod quo eſt maius eo eſt maiori cura à nobis, & maiori diligentia conſiderandū. Quod niſi ita eſſet nunquam profecto ſummi

Impe-

Imperatores,& clariſsimi homines in ſuis ciui tatibus earum imagines in ſuis ſcepteris, & regalibus inſignibus inſculpi permiſiſſēt. Sed voluerunt & monumētum tantę pietatis aliquod poſteris tradere.& ſuos commemoratione tātæ rei ad ſimilem animi cauſſam, & magnitudinem incitare. Atque vt harum in parenteis, ſic Pelicani in ſuos pullos laudabilis eſt, & digna admiratione pietas. Quæ quidem tam magna eſt, vt ſi eos confectos ſerpentū vi, & morſu videat, vires in ſe conuertat:& ſibi latus fodiat:quo tandem illis vitam, ac ſpiritum reſtituat:vt etiam lubenter in vulnere cum illorū ſalute emoriatur. De pietate loquor:quid innocentiam nonne poſſum in his commendare? Non omnino recte equidem:ſed tamen nō minimum in his naturæ hac parte artificium, & beneficiū cernere poſſumus: quæ vultures ita genuit, atq; ita initio inflammauit, vt nihil horum quæ hominum manu, aut labore ſata eſſent, attingerent. De quibus etiā proditum memoriæ eſt eas, ſi quæ aliæ ſint mortuæ, nunquā omnino attingere:ſummam eſſe in hoc animali innocentiam:ſummā integritatem, ſummam fidem. Atqui ſic videmus ipſi, & idem in hiſtoriis legimus, vnum hoc ex omnibus præcipuè eſſe, quod impetu quaſi vento ad omnia, quæ concupierit, ac volet, feratur. Mirabilis vulturū natura:attamen ita credere licet:nec fallitur in

 eo aſſe-

eo aſſeuerãdo doctus vir, & rerum occultiſsi-
marum peritiſsimus Hermodorus, vt eas etiã
à mortuis naturali quodam cognationis & cõ
fœderationis inſtinctu abhorrere putet. Quæ
nos remedia ex galerita, & galgulo habea-
mus, quid me attinet dicere? Plena eſt antiqui
tas, pleni ſapientũ libri his ſubſidiis, & iis ad-
iumentis, quæ à minutis animalibus accepi-
mus. Maximam vero vim in lateris doloribus
habet cor Vpupæ: at ad omnium inunctiones
vitiorum Miluii iecur pręſtat. Turdi fimus ad
ſtercorandos agros perutilis: in aliis adeps, a-
liis cerebrum, aliis pulmo ad varias ęgritudi-
nes curandas momentum affert maximum.
Quodq; magis mirandũ eſt pugnant animo-
ſè, ac fortiter: & habent animos ingẽtes in an-
guſto pectore, vt dixi antea de apibus. Et con
tra Aſinum dimicat Egitus: & Griphe ſupe-
rat elephantos: & Ibis ſerpẽtes conficit: & Ca
taractæ duces habent ſuos: & contra Pigme-
os Grues perpetuum gerunt bellum: quarum
quid tibi excubias, duces, apparatus, copias, cõ
ſilia referam? Vt vocem intendant, cum ſe cõ
ferunt ad pugnam? vt ſe hortentur inuicem?
vt coniurent contra aduerſariorum caput? vt
in fortunas irruant. Incredibilia ſunt hæc: a-
liis vox in ipſa pugna: aliis ante pugnam: aliis
in victoria. Satis declarat natura vim ſuam, cũ
ea in volucribus admiremur, quæ etiam in i-
pſis

Digitized by Google

pſis hominibus ſuſpicere,& commendare ſolemus. At ſunt ea bellorum, ſunt crudelitatis, ſunt ſæuitiæ: quid ad iſta quæ ad veriſsimam laudem faciunt? Dixi antea de pietate, máſuetudine, iuſticia, ſed tamé ſi queris amplius, nóne cornicum caſtitas, turturú, columbarum etiam inter ſe blandiendi ars quædam, & induſtria hanc habet vim, vt quemuis noſtrú etiam cum admiratione delectare poſsit? Quid illud quod futura præuident: & multa pręſagiunt, quæ poſtea magnis, & apertiſsimis ſignis cóprobantur? mediocriter ne eas ornat? Mergus tempeſtatem preſentit: præſtat idem incredibili quadam natura, & planè diuina vi ingenii noctua. Gallus vero, quem charum Latonæ in ſuis fabulis tradunt poetæ, nonne ſidera pernoſcit? nonne etiam it cubitum cum ſole? nonne ſuo generi imperitat? nonne quocunq; in loco eſt imperiú exercet? At cygnus quaſi diuinans tum ſibi eſſe moriendum, cum admoueri doloris faces ſentit acrius, canit dulciſsimè: ipſamq; cátionem optimá eſſe deplorationé futurę mortis putat. Quo factum eſt, vt ipſe ille ſilentii princeps, & parens Pythagoras animum his immortalem à natura datum cenſuerit: multiq; alii & clari, & nobiles in arte poetica ob eam ipſam cauſſam Apollini, quem rerú futurarum principé, & certiſsimum iudicem in ſuis libris faciunt eos, conſe

crarint. Dicerem de manſuetudine huius animalis, niſi & de eo genere quęſtionis paulo ante poſuiſſem: & me iam prouectum longius plura etiam, quàm ęquitas, & ratio poſtulat ſentirem dixiſſe. Verumtamē id condonabis: mihiq́ ignoſces. Amore enim, & cupiditate quadā incenſus non potui nō in iuſtis quidem rebus, atq; honeſtis modū aliquē tenere. Qđ ſi te putaſsē de iſtis amplius audire velle, non fuiſsē tā inurbanus, aut tā ingratus, vt & te, & me ipſum tāta voluptate priuaſſem. CAST. Mihi vero pergrata ſunt, perq; iucūda quę dicis: neq; ſolū nō leuia, verum etiā vtilia, & cōmoda. BVD. Quomodo tādē iſtud dicis etiā ne tantam vtilitatē in tam paruis rebus? CASTEL. An potuit inquam mi Budęe quicquam eſſe vtilius, quàm iſta cognoſcere, de quibus modo dixiſti, cum ea non modo ad honeſtam, & legitimam laudem rerum admirabilium natura, ſed & ad morborum curationem plurimorum, & in his vtiliſsimam cautionem pertinerent. Verum quoniam ſunt nōnulli, quibus iſta minuta non ſatis placeant, quiq; omnia ſumma, & grauiſsima ſeuero quodā & planè arroganti iudicio exquirant, omittamus de his plura dicere: ſermonēq; inſtitutę quęſtionis proſequamur. BVD. Rectè tu quidem. Quare agamus quod reſtat. Omnino eſt quiddā pulchrum in re ruſtica, quod optimus

quiſque

quiſq; ſpreta,& neglecta vita vrbanorũ appe-
tat:nec id propter delectationem tantum,ſed
propter vtilitatem etiã,& commodum. Nam
vt omittã aluearia,venatus, aucupia, viuaria,
piſcinas,quibus omnibus rebus vita ruſtica re
fertiſsima eſt,tanta eſt in ipſis armentis, & pe
coribus vtilitas,vt ad augendam, & locuple-
tandam rem domeſticã vel ſola ſatis ſit. CA-
STEL. At ſunt qui pompas & magiſtratus
magis optẽt. BVD. Ridiculè,& ſtultè optãt.
Non enim hæc honorũ amplitudine,ſed rerũ
neceſsitate diiudicãda ſunt. Nã quid ad beatã
vitam honores faciunt? Sed ne diuitias quidẽ
multũ facere intelligo. Verũ & ex his quæ ge
rũt,qui ſunt honore prẹditi,& his quẹ priuati
atq; ignobiles faciũt,licet intelligere multo v
tilius eſſe ad vitã hoĩm,quod à moderatis opi
bus proficiſcitur,q̃ qđ infimis noĩbus, & lau
dibus cõparatur. Sed vt agã paulo apertius. Ce
do tãdẽ,nũ tu males purpurã Laconiẹ,q̃ ſege
tes Libiæ? tapetes Aſſyriæ, q̃ pabula Germa
niæ? margaritas Indiẹ,q̃ pecus Pãnoniæ. Ha-
beãt illa diuites licet,quid ſi nihil aliud habe
rẽt. Nihil ne igit̃ intereſt inter põpas,& veras
diuitias? Imo multũ,& variè etiã ĩtereſt:nã vt
aliqs illas habeat,his qdẽ certè carere ſine re
rũ cęterarũ cõfuſiõe,& pturbatiõe nõ poterit:
q vero has ipſas habuerit ſine qb' ne illa qdẽ
excellẽtia,& magnifica,vt illi volũt,recte qſq̃

 tueri

tueri poteſt,& in poſſeſsionibus conſiſtet ſu-
is:& ſatisfaciet exiſtimationi: & magnam lau
dem victus tenuitate,& moderatione capiet.
Sed vt iam ad minora illa veniá roſas me her
cule Campaniæ , flores Siciliæ , herbas Italiæ
facile omnibus omnium Regum , & nationũ
diuitiis,pompis,& ornamentis antepono. Sed
nunc non quid vtile nobis,ſed quid maximè
cum laude vitæ ruſticæ coniunctũ quęrimus.
Multa enim ſunt,multa in omni parte huius
vitæ,quę ita leuia videntur nonnullis,vt plus
habere vituperationis, quàm aut momẽti aut
ponderis cenſeantur.Multa etiá , quæ ſi quid
habeant in ſe cõmodi,tamen non ſunt ita ma
gnæ vtilitatis,vt vel cum mediocri laude ſint
coniungenda.Quo in genere ſunt herbę. Ná
de arboribus neminem dubitare arbitror:quę
ipſo fructu,& ſpecie,& proceritate , & quadá
quaſi maieſtate , & amplitudine corporis ſuá
propriam,& peculiaré obtinent laudé.Sed ta-
men in herbis, quoniam hoc loro de his po-
tiſsimũ quætimus,quantus vigor ? Nũ igitur
ſi quis eas magnificentius ornarit , aut lauda-
rit hunc ſtatim reprehẽdere,aut huic iure ſuo
cenſere poterimus ? Non mihi probari iſtud
quidé poteſt.Quæ eſt aũt vis illa tanta? Hæc
eſt profectò,quæ ad quiduis efficiendũ,& nũc
efficaciſsima eſt:& continuò antea fuit.Natu
ra ſiquidem omnibus animátibus vim ſuá , &
propri-

propriá agitationem incredibili quadam liberalitate, & ſubtilitate cum inſeuiſſet, tum herbis talem vim, tantamq; ingenerauit, atque indidit, vt his ad omnia quæ quiſque vellet, quę que contentius optaret, vti poſſet. CAST. Etiá ne ſi quis volare velit, vel vt nullas habeat alas. BVD. Aiunt id quidem multi. Verum tibi dicam Caſtellane. Magná vim nunc eſſe herbarum, fuiſſeq; ſemper confirmo: atq; idem adiúgo, ſi quis & ex noſtrorú hominú, & Græcorum ſcriptis repetere velit, omnino ſanè rem ſe ita habere, vt eſt à me paulo ante dictum, intelliget: ſed quòd eam ignorarent homines: nec ſatis ad hoc ne, an ad illud potius morbi genus adhibenda eſſet, tenerent, eatenus quaſi quibuſdá tenebris erroris, atque inſcitiæ inuoluta iacuit: nec lumen ſuum efferre potuit: nec ſe exerere, nec ipſas dotes ſuas explicare, ac depromere vllo modo: ſed tamen ad eam ſignificandá exemplis vti poſſumus multis, & illuſtribus: quòd & de Tillone, quem Draco occiderat, & de draconis catulo accepimus: quorum vterque herbis ad vitam reuocatus & magnam vim in his ineſſe, & poſſe ea quiduis pene effici apertiſsimè cóteſtatur. CASTEL. Vis modo dicá quod ſentio. Videris mihi planè facere idem, quod faciunt ii qui ſummos Imperatores, maximoſque duces laudát: qui vitia, & cupiditates prætermit-

termittentes de virtutibus tantum verba faciant:ſic tu modo rem ruſticam laudans, non tu quidem eam aliena laude cumulaſti, vt ineptus exornator,ſed quid occultandis viriis aſſecutus ſis non video:moueri certè non poſſū non aliquo modo,quòd ita inſtitueris.Non enim decet te & religioſum arbitrū , & ſyncerum rerū occultiſsimarum iudicem,& veriſsimæ ſententiæ ducē, ac principē nunc aliquid aut præterire inconſulte:aut non explicare libere:præſertim cū ſoli ſimus:& ſublata omni contentione ipſam veritatem exquirere poſſimus. BVD. Non equidem diſsimulare quicq̃ hoc loco volui:ſed,quòd à me vnā cōmendationem rei ruſticæ expectari putarem, agriculturā ornare ſtudui:verum quæ ſunt illa quæ tibi adeo indecore videor prꝫterire ſciens? Non enim ſatis animaduerto. CASTEL. Dicā modo.In recenſendis naturis quarundā volucrum,cum propter rerum ipſarum,de quibus agebatur, copiā, tum propter ſummā,excellentemq́;quā deillis habebas ſcientiā,mirificus ſanè fuiſti:& vellem te audire iiſdem de rebus diutius licuiſſe: ſed, verè dicā,mihi viſus es nimis cito , nimiſq; appoſite ad tuā opinionē concludere . Aliud quiddā, longè inquā accuratius,magiſq; neruoſum diſputandi genus hoc loco deſidero . Vides ne vt perdices,& noctuæ aſsiduo inter ſe,& perpetuo

petuo bello diſsideant? Vt omittá Miluii & Corui diſcordiá, multarumq; aliatum quę inter ſe dies, noctesq; nō ſolum de vita, ſed imperio, & poteſtate dimicant. Atqui conatus es propter concordiá paulo ante laudare quaſdá aues ita, vt eas ad cœlum vſq; efferre viderere. Nimis tu quidem cupidè ad huius vitæ commendationem: ſed tamen vt poſsimus intelligere te tuo fungi munere non incongruè voluiſſe, cum vtilitates agricolarū tibi propoſuiſſes ad diſputandū, non etiá incommoda numeranda ſuſcepiſſes. Quid dicam de inuidis, luxurioſis, venenatis? Noſti ex eo genere Stelliones, Paſſeres, Carduos. Canis etiá, quē tu paulo ante optimum cuſtodem ædium dixiſti, quid habet quod tátopere admitemur? qui & in rabiem agitur plerunq; & eos ipſos, quos inuaſit, ſimilitet rabie, & tabe funeſta inficit. Multa alia profette poſſem calamitoſa & pernicioſa animalia hominum generi, quæ iccirco prætermitto omnia ne magis paratus ad impediendum hunc ſermonem, quàm iuuandam eius generis diſputationem acceſsiſſe videar. BVD. Horum quidem omnium, quæ modo retuliſti, perfacilis eſt, ac perexpedita defenſio. Nam neq; illud verendū eſt, ne is qui vtilitates afferat permultas damnandus magis propter leuia quędam detrimenta, ſi quæ habeat, quàm propter eaſdem illas vtilitates

litates commendandus videatur. Alioqui liceret agros ipſos magis contemnere, quam laudare, quòd hi interdum lappas carduos tribulos gignant herbas ſylueſtres, & ſrugibus inimicas. Solem etiam, quo nihil melius, nihil fructuoſius à Deo homini eſt datũ, non poſſemus non aliquo modo vituperare, quòd is, ſi quando ſit feruidior, interdũ plantas, ſæpe etiá arbores, plerunq; flores amœniores, & placidiores exurat. Denique elementa ipſa, cœlum, ſydera, ventos eadẽ ratione contemnere mus, à quibus efficitur interdũ aliquid, quod hominum generi noceat. Ac ſi quæris ne Imperatores quidẽ ipſi, de quibus paulo ante dicebas, eas virtutes habuiſſent, niſi & voluptates ſuas, & vitia habuiſsẽt. Ipſa enim natura perfectum eſſe omni ex parte voluit nihil: quæ hanc quoque viuendi legem hominibus dedit, vt optimus quiſq; maximis premeretur vitiis: eadẽq; virtutum exuberantiam vitiorũ adiectione compenſauit. Quod vero addidiſti canes ſolere plærũq; rabie corripi, non modo non extinguit vitæ ruſticæ laudem, ſed ne imminuit quidẽ. Aliter omneis homines, & paſſim ingenioſiſſimos quoſq;, qui ipſi facillime omniũ inſaniunt reprehenderemus, quod tamen nemo, niſi qui ipſe vna fortaſſe inſanit, faciendum putat. Quod igitur neq; vitare homines aliquando poſſunt, vel his vt vitiũ re-

ctè

cē obiici,id quomodò vel vitio dare canibus, vel minores ea de cauſſa eorum vtilitates cen ſere poſſumus? CASTEL. Verum,vt hęc ita ſint,quis tibi tandem hoc conceſſerit aues inter ſe loqui: & quid ab alijs dicatur percipe re? BVD. Non ita difficile hoc quidé pro batu eſt. Quis enim audeat affirmare aut Grę cos voces ſuorum æqualiũ, & ciuium ignorare,aut ipſos etiam Hebræos ſociorum,& propinquorum dicta non tenere propterea quod ſunt permulti qui haudquaq̃ eorum ſermoné intelligant. Sed ne omnes quidem Latinè intelligunt, num iccirco minus inter ſe cognoſcunt quid dicatur qui Latinè ſciunt? Omnino quidem eſt aliquid certũ auibus in ſuis ſermonibus:quod tamen non ideo minus eſt habendum,verũ quod ab omnibus minimè intelligatur, ſed exiſtimandũ eſt permulta eſſe in quaque lingua, & omni genere ſermonis, quæ ignoramus:quę tamen ipſa apud ſuos ius ſuum ſemper,& libertaté retinent. Sed in hoc omnis noſter eſt error,quod exiſtimamus eas omnino omnis rationis,atque intelligétię expertes eſſe:neque poſſe quicq̃ cogitatione aſſe qui:neque de his rebus quæ ſenſu, atq; animo percipiuntur aliquid ſuſpicari. Quòd ſi & ea quæ agunt,& quæ ab his effici poſſunt ſtudio ſe attenderemus videremus non ſolum non expertes huius ipſius eſſe prudentię,quam il-

His lis

lis adimere conantur, ſed hanc quoq; noſtrã· induſtriam, ac ſubtilitatem vincere. Ignoſce mihi ſi nõnihil à me paulo liberius in hac parte diſputationis ponatur. Quis noſtrũ tã acuto pręſtantiq; ingenio, quis tã recondita, tamq; acri prædıtus natura cui ſi mel conficiendi fuerit non protinus omnem ſpem perficiendi vna cũ voluntate, ac conſilio aggrediendi abiiciat? Quis igitur dubiter dicere ineſſe rationem nonnullam apibus, cum ea ab his efficiantur, quæ ne ipſi quidem homines, quibus inter cætera animantia rationis principatus eſt datus, præſtare poſſunt? Aperta ſunt hęc quidem. Sed tamen optimus ille poeta de his nõ dubitauit ſcribere. Haud equidem credo quia ſit diuinitus illis Ingenium: aut rerũ fato prudentia maior. Nec ſolũ ille, ſed & multi alii viri clari, & nobiles in omni arte & diſciplina id etiã multo ante deprehenderunt. Negabat planè id Eſchines cõtraq; ea, quæ nimis admirabilia viderentur nonnullis, pro ſe ipſe quantum poterat, quantumq; ſtudio, atq; exercitatione valebat, accuratiſsimè diſputabat: ſed tamen formicæ hominem ſubtiliſsimum, ac diſertiſsimum id, quod de illis dixiſſet, ad extremũ negare coegerunt. Nota tibi hiſtoria eſt: & referrẽ profectò niſi tu ipſe teneres: at tamẽ multo apertius illud idem viderunt & Philõ Iudæus, & is, qui propter purpurã, qua vtebatur, ſic

tur,ſic appellatus eſt Porphyrius:qui non ſolum eas non expertes rationis,verumetiam cu uſus ſermonis capaces cenſebant. Quod ſi tibi hæc tantopere videntur admiranda, quæ breuiter ſanè, & exiguo duntaxat ſermone à nobis explicantur, quid ſi illa augeremus, de quibus adhuc ne verbũ quidem, aut certè obſcurius fecimus? Geometriam ſcilicet, Dialecticen, Muſicam, Architecturam, quanto magis mirarere? quantoq; magis ea nobis de manibus extorquere contẽderes? Atqui videmus vt & ea ſint in quibuſdã animalibus: & his ita ſcitè, prudenterq; vtantur, vt eadem non à natura leuiter accepiſſe primum, ſed diligenter & perſtudioſè à magiſtro didiciſſe videantur. Quod ſi tibi videmur inepti, qui de rebus leuiſsimis, & minutiſsimis argutè, & verboſè diſputamus, quid de illis dices, qui de his, quæ aut leuiora eſſent, aut certè non multo maiora, non ſolum diſputandum ſibi iucundè cum æqualibus cõſumendi ocii cauſſa, verumetiã ſcribendũ ad maximas vtilitates totiuſq; poſteritatis memoriã duxerunt? Eſt in manibus liber Luciani, quem is de Muſca conſcripſit: quẽ cũ legimus, quis noſtrũ eſt, qui nõ magnopere moueatur? Eſt etiã Iubæ de Eupborbio: quàm acutè de illa herba, quàm grauiter diſſerit, q̃ planè? Vt mihi quidẽ quod ita egerit digniſſimus authoritate, atque imperii gloria

 fuiſſe

ſuiſſe videatur. Quid iam Homeri ranas, quid Democriti Cameleontem, quid Maronis Culicem referã? Infinita ſunt eiuſmodi in hãc ſententiam non ſolum ab indoctis tractata leuiter de rebus comminutis, ſed à doctiſsimis copioſè, & grauiter ſcriptis illuſtrata. Quos cũ habeam authores, non vereor ne aut tibi ineptus, aut parum prudens videar, quòd tam facile his aſſenſus ſim. Qui quidem etiam ſi errant tamen patior non inuitus: & me cum iſtis vna errare non moleſtè fero. Equidẽ non poſſum hic, quin exclamem fremant vrbani licet. O fortunatos nimium ſua ſi bona norint agricolas. quibus ipſa procul diſcordibus annis. Fundit humo gracilem victum iuſtiſsima tellus. CASTEL. Rectè tu inquam. Eſt enim verè fortunatus ille, qui procul ab omni terrore, & ſtrepitu bellorum prędium auitum & paternam hæreditatem accuratè, ac diligẽter colit. Nec hoſtiũ pertimeſcit inſultus: nec e ſomno tubarum clangore excitatur: & ſemper in quiete eſt: & libertate fruitur maxima: & audet honeſtè quod vult eloqui: & inſanas ſubſtructiones, cędes, arrogantias ridet mortalium. & ocio & poſteritati conſulit. BVD. Nec vero prorſus eiicio vrbes, aut conſepelio: ſed tamen vbi reperies illud ipſum, quod deſideratura multis, quodque apud Ariſtotelem eſt liberum forũ? At habemus Plutarchi

forum,

forum, habemus Anacarſis, habemus Colu-
mellæ. Audio,& intelligo quid velis. Lattoci
nium, opinor, dicis: oram improborum, auari-
tiæ domicilium. Vetum quid hæc ad illa quæ
quærimus? Neque enim nunc poſtulamus eū,
qui omnino ad pecuniam flagret locum: nec
qui facinoroſos admittat: nec qui diuitias quę
rat iniuſtè, ſed eum quærimus, qui & vitæ mo
do, & factorū conſtantia, & cæterarum rerum
vbertate, & copia non tam luctum petat, quā
honeſtam gloriam: quique non tam aliorū di-
ripiendis fortunis, quàm ſuis communicandis
delectetur. Qui mehercule aut hic agricolarū
eſt locus, aut non video quis præterea rectè li-
ber, aut ſanus iudicetur? Incredibile dictū eſt
quàm multa ingenioſi homines, & conſilio, &
doctrina abundantes de agricolarum mode-
ratione, & ſanctiſsimis moribus memorię ſcri
ptis ſuis prodiderunt. Ex quibus bomo mag-
nus, & multis, veriſsimiſq; ingenu laudibus ex
cellens Maro de his nō dubitauit ſcribere po-
ſtremos fuiſſe agricolas apud quos iuſticia ē
mundo diſcedens commorata eſt. Quid hoe
magis præclarum, quid magis eximiū ad rei
ruſticæ commendationem aut dici, aut fingi
poteſt? Referrem eius catmen, ſed licet lege-
re. Eſt enim in manibus. Cuius quidem lectio
non ſolum mihi vrbis tędium affert, verume-
tiam efficit, vt iſtos agricolas prę nobis, qui ſu
mus

mus vrbani, quiq; nobis beati honorũ ac publicarum functionum muneribus videmur, felices, ac fortunatos putem. Iam ne licet iſtud per te referre: vincor enim: & de eo cogitans in eam mentẽ, ac voluntatem pertrahor.

CASTEL. Me quidem etiã lubente retuleris. Caue enim putes mihi quicq̃ poſſe accidere iucundius, quàm ex illius ſcriptis aliquid audire, qui omniũ poetarum conſilio, & induſtria, & mehercule etiã varietate, & copia eſt facile princeps. Eoq; magis iſta audiendi conſuetudine delector, quòd ex huius vberrimis, & ſapientiſsimis verſibus multa quæ ad vitæ formã, & rerum publicarũ ſtatum pertinent, depromi poſſunt. Ex quibus ſi quid vnum retuleris, non vereor, ne id ſit eiuſmodi, vt me id aliquando audiſſe pœniteat. BVD. Neſciebam ſanè te tam cupidum huius generis ſtudiorum eſſe: quanquàm huic quoq; generi te ab adoleſcentia deditum fuiſſe non eram neſcius, tamen nunquàm in te tantum ardorem, tantumq; ſtudium huius artis cognoueram. Nunc, quoniam te totum nobis indicaſti, referam ea, & quidem paulo etiam, vt mihi videtur, audacius. His ſecura quies, & neſcia fallere vita. Diues opum variarum: his latis ocia fundis. Speluncæ, viuiq; lacus: his frigida tempe. Mugituſq; boum, molleſq; ſub arbore ſomni. Non abſunt illis ſaltus, & luſtra ferarũ.

ferarū. Et patiens operū, paruoq; aſſueta iuuē tus. Sacra deū, ſanctiq; patres: extrema p̄ illos Iuſticia excedēs terris veſtigia fecit. Vides ne quāta laus agricolarū, quāta gloria his verſibus cōprehēdatur? Quantū in ſumma rerū omniū vbertate cōſiliū, quanta fides, quanta integritas? Quomodo ipſa oblectamēta rei ruſticæ, & quā copioſe ornantur? Quomodo opes, apricationes, ritus, cerimoniæ, diſciplina deſcribitur? Sed nimis multa fortaſſe ex eodē authore ea de re. CASTEL. Minimè vero: neq; enim nimis multa vnq̄ ex illius ſcriptis: neq; nimis ſępe dixeris. BVD. Multa alia pręclara ſed hoc in primis, quòd rus diuinū appellat. Quàm copioſè de hortorū, de arborū, de agrorū cultu diſputat? vt mihi etiam ſi in vrbę natus fuerit tamē ſe ruri naſci maluiſſe videatur. CASTEL. Incēdis me profecto cupiditate, & ſtudio huius vitæ imitandæ. Vt enim nihil aliud afferres præter vnā æquitatē, vide quātū iſti faueā, ipſa me æquitas ad ſe raperet: cogeretq; fateri victū eſſe me: cū & cętera admitaret, quæ ſunt in re ruſtica magna: & huius vnius grauitati, atq; authoritati ſuccūbere. Iā nō poſſū illud nō veriſſimū putare, qđ eſt paulo āte abs te dictū, ſūmū illū, & clariſſimū poetā maluiſſe ſe ruri, q̄ in vrbe natū eſſe. Nec ſine cauſſa ſcripſit ipſe. Pallas quas cōdidit arces Ipſa colat: nobis placeant ante

omnia ſyluæ. At ego iſtud tuum rus,& feſtiuum prædiolum contemplans dicam certè: neq; occultabo hoc meum gaudium. Flumina amem, ſyluaſq; inglorius, ó vbi cápi Sperchiuſq;,& virginibus bacchata lacenis Taygeta: ó qui me gelidis in mõtibus Hemi Siſtat & ingenti ramorũ protegat vmbra. Quanq̃ nos quidem habemus hic noſtrum Sperchiũ, & Taygetam antiquitate fortaſſe,& vetuſtate non tam nobilem, at certè, id quod non minus optandum fuit, pulchritudine & florum varietate propemodum parem. BVD.

Sunt iſta vera quæ refers Caſtellane: neque enim locus eſſe poteſt pulchrior quiſquàm: nec magis aptus ad quietem animi: nec qui plus nobis emolumenti aut delectationis afferat. Atque vt agam tecum his de rebus apertius: Nonne tibi videtur illis ſuis hortis fortunatus fuiſſe Alcinous? quorum quidem hæc erat diuina quædam, & incredibilis fertilitas, vt aliis præmaturis, alia ſtatim renaſcerentur. Multis ille quidẽ aliis rebus clarus, ſed haud ſcio an hac vna excepta vlla alia re celſior, aut clarior eſſe potuerit. At etiam bellus Epicurus primus hortos Athenis inſtituit anteà nulli in vrbe cum fuiſsent. Credo 'ne quà te ipſis agricolis eſſent inferiores. Hinc etiam gloriosum illud,& præclarum nomen, vt ſolus magiſter hortorum diceretur. Et docuit ipſe in

hortis:

hortis: & alios erudiuit: & in his æternum, & commodiſsimum lætitiæ, & iucunditatis domicilium poſuit. Nec fallebatur opinione, ſed his parum commodè vtebatur. Non enim natura in his perpetuandæ voluptatis diuerſorium, ſed relaxandi animi domicilium dedit. Quod ille parum acutè intelligens, aut certè bono ſtomacho diſsimulans totos dies perpotat in his cum grege impuriſsimorum hominum: nec ſibi ſatisfacere vllo modo poteſt niſi etiam virtutis inſtrumenta & ſolatia ad ſuas libidines & voluptates turpiſsime transferat: præclarè enim ſe adiutum ad perfruẽdas libidines putat. Quæ enim varietas florũ deeſt? quis odor, fructus, amœnitas, numerus, color? vt ſi quis diligenter & vim, & naturã, & ipſum etiam numerum conſiderare voluerit, infinitatem quandam rerum omnium & ſublimitatem reperturus videatur. Sed exiſtimare debemus illa omnia non tam immoderatæ conſuetudinis adiumenta eſſe, quâm probitatis, & continentiæ: vt, cũ illa adſint, gaudeamus tantũ, quantum æquitas, veritaſq; poſtulat, ſin vero etiam affluant, nihilo tamen magis ad libidinem, atq; intemperantiam moueamur. Niſi fortaſſe author nobis ſubtilis parum tamen idoneus, quem in hoc ſequamur, Craſſus fuiſſe videatur: qui cum Domitius cõtentius quereretur, quòd tanti cenſor habita-

 ret, cum q;

ret,cumq́ ſæpius pro domo ei millia numo-
rũ promitteret,placere ſibi quod diceret re-
ſpondit,ſed ita ſi lotos ſex,quę erãt in hortis
ſumma proceritate,& ramorũ opacitate, exci
peret. Nimis ille quidẽ auidè ad domeſticarũ
voluptatũ vtilitatẽ iſtud: ſed tamen vt poſsi-
mus exiſtimare quãta ſit in hortis iucunditas
qua etiã ſi ille abuti intẽperanter voluerit, ni
hil tamẽ impedit quo minus ea homines eru
diti,& ſobrii modicè ad virtutẽ quantũ ſatis
eſt,ſapienterq́ vtantur. CAST. Probo ſanè
quæ dicis neq́ poſſum hanc vitã propter hor
torũ,arborũq́ viriditatẽ non beatã reputare,
vt hi mihi interdũ infortunati, atq́ infœlices
videãtur,qui hac tãta voluptate,tantiſq́ deli-
ciis in vita careant. BVD. At poſſunt etiam
multos alere agricolæ: & quod neceſſariũ eſt
ad vitę cultũ ſuppeditare. CAS. Dicis tu qui
dem verum: ſed tamen video apud Homerũ
homini egenti, & minimè copioſo vtiliſsimã
eſſe vrbium frequentationem : agrorum verò
non item. BVD. Ego verò aliter ſentio, qui
ipſos etiam vrbium incolas ſine agricolarum
opera,& ſedulitate non poſſe ali cõmodè pu-
tem. Quid enim cenſes futurum,ſi nihil ruri,
nihil in agris, nihil in ipſis paſcuis ageretur,
vel ad vrbium vtilitatem,vel rerumpub. emo
lumentum,vel oĩm nationũ incolumitatẽ,ro-
burq́ cõſeruandũ? Nõne vt miſeræ ciuitates,

vt de-

vt deploratiſsima nppida, vt cóſternatę pro-
uincię, vt omnis denicq́ orbis terrarú fractiſsi
mus, & minutiſsimus videatur: vt neque vim
ſeruare poſsit ſuá: & ſubſtractis his, quibus oĩa
in eo maxima nutriútur, ſtatim incómodè, ſú
maq́ adducta rerú cófuſióe diſsoluatur. Quo
mihi rectius etiá videtur apud Xenophótem
Socrates huius laudare ſentẽtiá, qui agricultu
rá cęterarú artiú oĩm quaſi parété, & nutricé
quádá eſſe dixiſſet: qđ ſcilicet ea dépta, ac ſu-
blata reliquę vim ſuá, ac firmitaté retiuere nó
poſsint: regnãte vero ſolitá, & priſtiná liber-
taté & gloriá tueátur. Hęc magna ſunt: hæc
his ipſis, qui ſe agricolationi dediderút, ad lau
dé illuſtria: nec ea ſolú, ſed multa alia. Quid
enim deeſt colono, quod ſit vel ſapientiſsimo
rú, ſummorúq́ hominú conſenſu huic ad fa-
miliæ laudé, & diſciplinã tributú? An vt res
ad tnendú iuſtas, cuſtodiendú faciles, augen-
dú pulchras, & idoneas poſsideat? At ęquita-
tetota illius redúdat hęreditas. An vt à pluri
bus diligatur, à paucioribus metuatur? At ve-
ro ipſe charus, iucúdus, gratus oibus. An vt ni
hil neq́ deſit, neq́ ſuperfluat? At patrius mos
& téperátia in ea familia dominať. An vt for-
má quádã reip. atq́ ĩperii ipſa grauitate & có
tinétia prę ſe ferat? At nó vnius ĩperii ſimula
chrú ĩ ea, ſed pluriú eſſe diceres. An vt talis ſit
ipſe ĩtus, qualis ꝑpter legú, iuriſq́ authoritaté

 foris?

foris? At quocunq; loco æquitatem tanq̃ optimam,& certiſsimã viuendi ducem ſequitur. An vt copioſè paſcatur reiectis omnibus voluptatibus? At in hac vita duo illa præcipuè vigent liberalitas,& parſimonia. An vt vxorem guaram,& peritam regendæ rei domeſticæ habeat:eique iſtiuſmodi relinquat munus: ipſe vero in agris ea curet,quæ ſunt viri fortis,& magnanimi. At id perpetuò agit:&vxorem domi regnare ſinens ipſe agros ſolerter,& ſtudioſè colit. An vt nec plures ſint ſerui, quàm oporteat:nec plures ancillæ, epulæ itẽ moderatæ,& ſimplices,vaſa munda, lecti ſolidi,menſæ,torcularia, plauſtra, omnia intra modum? At de his minimè eſt verendum ne faciat ſecus,cũ ille id vnum agat,vt & mundicies adſit:& omnis non digna libero,& bono viro immoderatio repellatur. CASTEL. Magnificè hercle abs te modo laudata eſt hęc vita,cum ea omnia prope ſis complexus,quæ à doctiſsimis hominibus,& clariſsimis,hisde rebus diſputantur. Quod vero extremum addidiſti omnia &eſſe apud eos & fieri intra modum id me non modo allicit ad fauendum, verumetiam compellit,& trahit: video enim iſta eſſe eruta ex naturæ ſanctiſsimis,& puriſſimis fontibus:nec ſine his id fieri vllo modo poſſe. Vrbani iſti noſtri homines literati, & certè boni putãt ſe,ſi modo quid egerint moderatius,

deratius, ſubturpiter egiſſe. Credo ne vrbanitatis nomen amittãt: aut ne deſpiciantur à ſuis. Itaque & menſæ cedrinæ apud eos: & periſtromata conchyliata, & veſtis bombicina, & aurea triclinia, & trabes argenteæ: quibus rebus non ſolum inepti efficimur, verumetiam iniuſti, auari, turpes: cum ad ea tuenda quotidie quæſito ſit opus: & parare tam multa breui tempore vix interdũ ſine ſcelere poſsimus Hoc vitio laborant ipſi profectò, ſed eius immanitatem minime animaduertunt. Quis enim morbus cum eo vel doloris acerbitate, vel periculi magnitudine comparandus? Hoc ſiquidem duntaxat corporis vires debilitantur, illo vero non ſolũ corporis, ſed & animi, atq; induſtriæ regnum opprimitur. Quod tamen vt dixi non attendunt. Alioqui quis eſſet tam ſtultus, qui vellet inter tot, tantaſq; delicias magno ſuo incommodo, magnaq; calamitate quotidie viuere? Quæ enim furia iſtas ſparſit? aut quis ad eam magnitudinem iſtã, tantamq; vaſtitatem protraxit? Vnguentorũ, coronarum, ferculorum referta iam omnia: gemmæ quæruntur ex vltima india: torques ad ornandum collum expetuntur: tota vrbs vino, vnguentis, ſtupris, lenocinijs flagrat, vt bella omittam, diſcordias ciuiles, ſeditiones, ſtrages. Dicam tibi vnum: & dicam, vt res eſt: nunquàm minus mihi placeo, quàm cum in conten-

contentionibus, & diſsidiis vrbanis verſor: cõtra vero nunquàm magis placeo, quàm cum iſta rei ruſticæ amœnitate, & tranquillitate frui licet: cum inter res perutiles & vitæ hominum neceſſarias verſer: quibus neq; impeditur virtus: & omnis honeſtæ vitæ degendæ ratio, & facultas cõtinetur. Homines ſumus nos in hac mole corporis, tãq̃ in carcere à Deo collocati, vt cœleſtiũ ordinẽ cõtẽplemur: eũq; imitemur ea probãdo, amãdo, colẽdo, quæ eũ potiſsimũ nos facere velle cogitamus: nec q̃c quàm admittamus, quod ſit improbũ, aut falſum: omninoq; oẽm ex animo impietatẽ extirpemus: vt cũ è vita diſcedẽdũ ſit, quãdoquidẽ ſemel eſt diſcedendũ, maximè cũ bona fama, atq; integra cõſciẽtia diſcedere poſsimus Ad quod quoniã nos agricultura plurimũ adiuuat, nec ſolũ nõ retardat verũetiã ſubminiſtat, atq; allicit, hãc amemus. & in hac permagnũ nobis relictũ locũ ad verã gloriã, & quietẽ arbitremur: ne, cũ ventũ ad extremũ tẽpus ætatis fuerit, corruamus, vt ignaui athletæ, & [illegible]piculoſi cõcertatores, ſed illud efficiamus [illegible]us, vt cũ ſummã rerũ, & facultatũ omniũ copiã habeamus, quibus vita omnis excellẽs, & perpetua comparatur, nobis neq; ad dignitatem, neque ad quietem, neque ad decus, neq; ad vllam vitæ honeſtæ, & laudabilis partem defuiſſe videamur.

FINIS.